

TITVLORVM ALIQVOT IVRIS,

VIDELICET,

De uerborum & rerum significatione, *ex Pandectis.*
De regulis Iuris, *tum ex Pandectis, tum ex Decretalibus & Sexto.*
De gradibus Affinitatis, *ex Pandectis.*

Ad Hæc

Rubricæ omnes Cæsarei & Pontificij Iuris.

VENETIIS,
Apud Salamandram 1564.

DE VERBORVM SIGNIFICATIONE.

Titulus XVI. Libri I.

Pandectarum per ordinem Alphabeti.

VLPIANVS *libro* VIII. *ad edictum.*
Lex CXCIX.



BSENTEM *accipere debemus eum, qui non est in eo loco, in quo petitur. Non enim trans mare absentem desideramus: sed si fortè extra continentia urbis sit, abest. caterũ usque ad continentia non abesse uidetur, si non latitet. Abesse non uidetur, qui ab hostibus captus est: sed qui à latronibus detinetur.*

PAVLVS *libro* XXIIII.
Lex XXXIIII.

ACTIONIS *uerbo etiam persequutio continetur.*

VLPIANVS *libro* VII.
Lex CXXXIX.

AEDIFICIA *Romæ fieri etiam ea uidentur, quæ in continentibus Romæ ædificijs fiunt. Perfecisse ædificium is uidetur, qui ita consummauit, vt iam in usu esse posit.*

IDEM *libro ad edictum.*
Lex XXVII.

AGER *est locus, qui sine uilla est. Stipendium à stipe appellatum est, quòd per stipes, id est, modica æra colligatur. Idem hoc etiam tributum appellari Pomponius ait. Et sanè appellatur à contributione tributum: uel ex eo, quòd militibus tribuatur.*

PAVLVS *libro* XLI.
Lex XXVIII.

ALIENATIONIS, *uerbum etiam usucapionem continet. Vix est enim, ut non uideatur alienare, qui patitur usucapi. Eum quoque alienare dicimus, qui non utendo amisit seruitutem. Qui occasione adquirendi non utitur, non intelligitur alienare: ueluti qui hæreditatẽ omittit, aut optionem intra certum tempus datam non amplectitur. Oratio quæ neque coniunctionem, neque disiunctionem habet, ex mente pronunciantis, uel disiuncta uel coniuncta accipitur.*

VLPIANVS *libro* LXXVII. *ad edictum.*
Lex LXVII.

ALIENATVM *nõ propriè dicitur, quod adhuc in dominio uenditoris manet: uenditum tamen rectè dicitur. Donationis uerbo simpliciter loquẽdo omnem donationẽ cõprehẽdisse uidetur, siue mortis causa, siue non mortis causa fuerit.*

IDEM *libro* LXXIX *ad edictum.*
Lex LXXIX.

ALIVD *est capere, aliud accipere. Capere, cùm effectu accipitur: accipere etiam si quis nõ sic accepit, ut habeat. Ideoque non uidetur quis capere, quod est restiturus, sic & peruenisse propriè illud dicitur quod est remansurum. Hæc uerba, his rebus rectè præstari, hoc significant,*

ne quod

ne quod periculum, uel damnum ex ea re stipulator sentiret.

IDEM libro III. ad legem Iul. Papiam.

Lex CXXXI.

ALIVD est fraus, aliud pœna. Fraus enim sine pœna esse potest. Pœna sine fraude esse non potest. Pœna est* noxia uindicta: fraus & ipsa noxia* dicitur, & quasi pœna quædam præparatio. Inter mulctam autem & pœnam, multum interest: quum pœna generale nomē sit, & omniū delictorū coercitio: mulcta specialis peccati, cuius animaduersio hodie pecuniaria est. Pœna autem non tantum pecuniaria, uerùm & capitis & existimationis irrogari solet. Et mulcta quidem ex arbitrio eius uenit, qui mulctam dicit: pœna non irrogatur, nisi quæ quaq; lege, uel quo alio iure specialiter huic delicto imposita est: quinimò mulcta ibi dicitur, ubi specialiter pœna non est imposita. Item mulctam is dicere potest, cui adiudicatio data est. Magistratus enim solos, & præsides prouinciarum posse mulctam dicere, mandatis permissum est pœnam autem unusquisque irrogare potest, cui huius criminis, siue delicti executio competit. *noxę *noxa.

IDEM libro XL.

Lex CLXXIIII.

ALIVD est promittere furem non esse, aliud furto* noxiaque solutum. Qui enim dicit furem non esse, de hominis proposito loquitur: qui furto* noxiaque solutum, nemini esse furti obligatum promittit. * noxave * noxaq;

PAVLVS libro II. ad legem Iuliam.

Lex CXXXII.

ANNICVLVS amittitur, qui extremo anni die moritur, & consuetudo loquendi id ita

esse declarat. Ante diem decimum Calendarũ. &, Post diem decimum Calendarum, utroque sermone undecima dies significatur. Falsum est eam peperisse, cui mortua filius extractus est.*

*nec vtro que

IDEM *libro* II.

Lex CXXXIIII.

ANNICVLVS *non statim ut natus est, sed trecentesimo sexagesimoquinto die dicitur, incipiente planè: non exacto die: quia annum ciuiliter: non ad momenta temporum, sed ad dies numeramus.*

CAIVS *libro* XXXIIII. *ad edictum pro.*

Lex LI.

APPELLATIONE *parentis, non tantùm pater, sed etiam auus & proauus, & deinceps omnes superiores continentur: sed & mater, & auia, & proauia.*

PAVLVS *lib.* LXXIII. Lex LXXII.

APPELLATIONE *rei etiã pars cõtinetur.*

POMPONIVS *lib.* VI. *epistolarum.*

Lex CCXLVI.

*id est, verisimiliũ.

APVD *Labeonem libris* πιθανῶν *ita scriptum est:* Exhibet, *qui præstat eius, de quo agitur, præsentiam.* Nam *etiam qui sistit, præstat eius, de quo agitur, præsentiam.* Nec *tamen exhibet, qui mutum aut furiosum, aut infantem exhibet: non enim potest uideri eius præstare præsentiam, cùm nemo ex eo genere præsens satis aptè appellari potest.* Restituit, *non tantum qui solum corpus sed etiam qui omnem rem conditionemque reddita causa præstat, & tota restitutio, iuris interpretatio est.*

CAIVS *libro* XXI. Lex XLI.

ARMORVM *appellatio non utique tantũ scuta, & gladios, & galeas significat: sed & fustes, & lapides.* Modesti-

MODESTINVS *libro* III. *Pandectarum.*

Lex CVII.

ASSIGNARE *libertum, hoc est, testificari cuius ex liberis libertum eum esse uelit.*

VLPIANVS *libro* X. *ad edictum.*

Lex XV.

BONA *ciuitatis abusiuè publica dicta sunt: sola enim ea publica sunt, quæ populi Romani sunt.* Add. l. eũ qui. & l. inter publ.

MODESTINVS *lib.* V. *Pande.* Lex CX.

BONAE *fide emptor esse uidetur, qui aut ignorauit eam rem alienam esse: aut eum, qui uendidit, ius putauit uendendi habere: puta procuratorem aut tutorem esse.*

VLPIANVS *libro* LVIII. *ad edictum.*

Lex XLIX.

BONORVM *appellatio aut ciuilis est, aut naturalis. Naturaliter bona ex eo dicũtur, quòd beant hoc est, beatos faciunt. Beare est prodesse. In bonis autem nostris computari sciendũ est, non solùm quæ dominij nostri sunt, sed & si bona fide à nobis possideantur, uel superficiaria sint. Aequè bonis adnumerabitur, etiam si quid est in actionibus, petitionibus, persecutionibus. Nam hæc omnia in bonis esse uidentur.*

AFRICANVS *libro* IIII. *Quæstio.*

Lex CCVIII.

BONORVM *appellatio, sicut hæreditatis, uniuersitatem quandam ac ius successionis, & non singulas res demonstrat.*

POMPONIVS *libro* VI. *ad senatusconsul.*

Lex LXXXIX.

BOVES *magis armentorum, quàm iumentorum nomine appellantur. Hoc sermone, dum nupta erit, primæ nuptiæ significantur. Inter*

reddere, & adere rationes, multum interest: nec is, qui adere iussus est, reliquum reddere debet. Nam & argentarius adere rationem uidetur, etiã si quod reliquum sit apud eum, non soluat.

VLPIANVS *libro* XXV. *ad edictum.*

Lex CLXVII.

Add. l. pa li. CARBONVM *appellatione materiam non contineri Offilius ait. Sed an lignorum? & fortaßis quis dicet, nec lignorũ: non enim lignorum gratia hæc testator habuit. Sed titiones, & alia ligna cocta, ne fumum faciant, utrum ligno, an carboni, an suo generi adnumerabimus? Et magis est, ut propriũ genus habeãt. Sulfurata quoque de ligno, æque eãdẽ habebũt definitionẽ. Ad faces quoq; parata, non erunt lignorum appellatione comprehensa: nisi hæc fuerit uolũtas. Idem etiam de nucleis oliuarum, sed et de balanis est: uel si qui alij nuclei sunt. De pinu autem integri strobyli ligni appellatione continebuntur.*

IDEM *libro* I. *de adulter.*

Lex CCXIII.

CEDERE *diem, sinificat incipere deberi pecuniã, Venire diem, significat eum diem uenisse quo pecunia peti poßit. Vbi ergo purè quis stipulatus fuit, & ceßit, & uenit dies. ubi in diem: ceßit dies, sed nondum uenit. Vbi sub conditione: neque ceßit, neque uenit dies pendente adhuc cõditione. Aes alienum est, quod nos alijs debemus. Aes suum est, quod alij nobis debent. Lata culpa, est nimia negligentia: id est, non intelligere quod omnes intelligunt.*

IABOLENVS *libro* VII. *ex Caßio.*

Lex CXI.

CENSERE *est constituere, & præcipere, unde etiam dicere solemus, censeo ut hoc facias: & Sena-*

& Senatum aliquid censuisse. Inde Censoris nomen uidetur esse tractum.

PAVLVS *libro* VI. Lex CXL.

CEPISSE *quis intelligitur, quamuis alijs adquisiuit.*

CAIVS *libro* LXVII.

Lex XLIIII.

CAETERA *quoque, quibus tuendi, curandiue corporis nostri gratia utimur, ea appellatione significantur.*

Constituitur infrà post l. uerbo uictus.

VLPIANVS *lib.* II. *ad Senatuscons.*

Lex CLX.

CAETERORVM, *& reliquorum appellatione etiam omnes continentur: ut Marcellus ait, circa eum, cui optio serui legata est, cæteri Sempronio. Nam tentat, si non optet, omnes ad Sempronium pertinere.*

IDEM *libro* LX. Lex LVI.

COGNOSCERE *instrumenta, est relegere, & recognoscere. Dispungere, est conferre accepta, & data, Liberorum appellatione continentur, non tantum qui sunt in potestate, sed omnes qui sui iuris sunt, siue uirilis siue fœmini ni sexûs sunt, exve fœminis descendentes.*

IDEM *libro* XXXVIII.

Lex CLXXIII.

COLLEGARVM *appellatione ij continentur, qui sunt eiusdem potestatis. Qui extra continentia urbis est, abest: cæterùm usque ad continentia non abesse uidebitur.*

IDEM Lex CLXXXVI.

COMMENDARE *nihil aliud est, quam deponere.*

IDEM *libro* XII. Lex LIIII.

CONDITIONALES *creditores dicuntur ij, quibus nondum competit actio. est autem competitura, uel qui spem habent, ut competat.*

connecte .l. creditor autē. & l. creditores & l. creditorum.

PAVLVS *libro* XVII.

Lex XXIX.

CONIVNCTIONEM *enim nonnunquam pro disiunctione accipi,* Labeo ait, *ut in illa stipulatione, mihi hæredique meo, te hæredemque tuum.*

Add legē alienatio nis verbū

FLORENTINVS *libro* X. *Institut.*

Lex CCIX.

CORAM *Titio aliquid facere iussus, non uidetur præsente eo fecisse, nisi is intelligat.* Itaque *si furiosus, aut infans sit, aut dormiat. non uidetur corā eo fecisse. Scire aūt nō etiā uelle is debet. nā & inuito eo rectè fit, quod iussum est.*

PAVLVS *libro* XVI. *breuis edicti.*

Lex LV.

CREDITOR *autem is, est, qui exceptione perpetua summoueri non potest. Qui autem temporalem exceptionem timet, similis est conditionali creditori.*

VLPIANVS *libro* VI. *ad edictum.*

Lex X.

CREDITORES *accipiendos esse cōstat eos, quibus debetur ex quacunq; actione, uel persequutione, uel iure ciuili (sine ulla exceptionis perpetuæ remotione) uel honorario, uel ordinario uel extraordinario, siue purè, siue in diem, siue sub conditione. Quòd si natura debeatur, non sunt loco creditorum. Sed & si non sit mutua pecunia, sed contractus creditores accipiuntur.*

CAIVS *libro* I. *ad edict. prouinc.*

Lex XI.

CREDITORVM *appellatione non ij tantum*

tum accipiuntur, qui pecuniam crediderint: ſed omnes, quibus ex aliqua cauſa debetur.

CELSVS LIB. XXVIII. *Digeſtorum.*

Lex XCVIII.

CVM *bis ſexto calendas eſt, nihil refert, utrum priore an poſteriore die, quis natus ſit, et ſic deinceps ſexto calendas eius natalis dies eſt, Nam id biduum pro uno die habetur: ſed poſterior dies intercalatur, non prior. Ideo quo anno intercalatũ non eſt, ſexto calẽdas natus, cum bis ſexto calendas eſt priorem diem natalem habet. Cato putat menſem intercalarem adꝺititium eſſe: omnesque eius dies pro momento temporis obſeruat: extremoque diei menſis Februarÿ tribuit. Quintus Mutius, Menſis ait, intercalaris conſtat ex diebus* XXIX.

ALPHEN. VARVS. *lib.* II. *Digeſt.*

Lex CCII.

CVM *in teſtamento ſcriptum eſſet, ut hæredes in funere, aut in monumento duntaxat aureos centum conſumerent: non licet minus conſumere. ſi amplius uellent, licet: neque ob eam rem contra teſtamentum facere uidentur.*

PAVLVS *lib. x. ad Plautium.* Lex LXXXI.

CVM *prætor dicit, ut opus factum reſtituatur, etiam damnum datum actor conſequi debet. Nam uerbo reſtitutionis omnis utilitas actoris continetur.*

IDEM *libro* VII. *Imperialium ſententiarum in cognitio. prolatarum.*

Lex CCXI.

CVM *quærebatur an uerbum, ſoluto matrimonio dotem reddi: non tantùm diuortium, ſed etiam mortem contineret: hoc eſt, an de hoc quoque caſu contrahentes ſentiãt. & multi*

putabant non de hoc sensisse: & quibusdam alijs contrà uidebatur. secundum hoc Titus Imperator *pronunciauit, id actum eo pacto, ut nullo casu remaneret dos apud maritum.*

CELSVS *libro* XXXII. Digestorum.

Lex XCVII.

CVM *stipulamur quanta pecunia ex hereditate* Lucij Titij *ad te peruenit: res ipsas quæ peruenerunt, non pretia earum spectare videmur.*

MODESTINVS *libro* IIII. Pandectarum.

Lex CVIII.

DEBITOR *intelligitur is, à quo inuito exigi pecunia potest.*

PAVLVS *libro* II. *ad edict. ædil.*

Lex LXXVI.

DEDISSE *intelligendus est, etiam is, qui permutauit, uel compensauit.*

TERENT. CLEMENS *lib.* v. *ad l. Iul.* Pap.

Lex CLI.

DELATA *hereditas intelligitur, quam quis possit adeundo consequi.*

MODESTINVS *libro* VII. Regula.

Lex CII.

DEROGATVR *legi, aut abrogatur. derogatur legi, cùm pars detrahitur, abrogatur legi, cum prorsus tollitur.*

VLPIANVS *libro* VI.

Lex XL.

DETESTATIO *est denuntiatio facta cum testatione. Serui appellatio etiam ad ancillam refertur. Familiæ appellatione liberi quoque continentur.* Vnicus *seruus, familiæ appellatione non continetur: nec duo quidem familiam faciunt.*

Modesti-

MODESTINVS *libro I. de præscript.*

Lex CVI.

DIMISSORIAE *literæ, quæ sunt uulgò dicuntur apostoli. Dimissoriæ autem dictæ sunt, quod per eas causa ad eum, qui appellatus est, dimittitur.*

CA.VS *lib.* V. *Legis duodecim tabularum.*

Lex CCXXXVIII.

DVOBVS *negatiuis uerbis quasi permittit lex magis, quàm prohibeat. Idq; etiam Seruius animaduertit.*

VLPIANVS *libro* I. *ad Senatuscons.*

Lex CLIX.

ETIAM *aureos nummos æs dicimus.*

IDEM *libro* VII. Lex CXLI.

ETIAM *ea mulier, cum moreretur, creditur filium habere, quæ exciso* uentre ædere possit. Necnō etiam alio casu mulier post habere filium, quem mortis tempore non habuit utputa eum qui ab hostibus captus remeauit.* *vtero.

CAIVS *lib.* III. *ab edictum.* Lex XVI.

EVM *qui uectigal populi Romani conductum habet, publicanum appellamus. nam publici appellatio in compluribus causis ad populum Romanum respicit. Ciuitates enim loco priuatorum habentur.*

PAV. *lib.* II. *Manualium.* Lex CCXXVII.

EX *illa parte edicti, Eum quem ei hæredem esse oportet hæredis hæredibus bonorum possessio non defertur. Item in substitutione his uerbis, Quisquis hæres mihi erit, proximus hæres tantum significatur. imò non tantum proximus hæres sed etiam scriptus.*

VLPIAN. *lib* XXIIII. Lex CLXXXIX. *Alias de est negatio.

FACERE *nō oportere & hāc significationē habet*

habet ut abstineat quis ab eo facto, quod contra conuentionem fieret, & curare ne fiat.

POMPON. *lib.* XXIII. *Lex* CLXXV.

FACIENDI *uerbo, reddendi causa etiam continetur.*

CAIVS *libro* XVI *ad edictum proninc.* Lex CXCVI.

FAMILIAE *appellatione, & ipse princeps familiæ cõtinetur. Fœminarum liberos in familia earum non esse palàm est, quia qui nascuntur patris, non matris familiam sequuntur.*

Annecte l. pronunciatio.

CAIVS *libro* III. *Lex* CCXXXV.

FERRI *propriè dicimus, quæ quis suo corpore baiulat: portari ea, quæ quis iumento secũ ducit: agi ea quæ animantia sunt. Fabros tignarios dicimus non eos duntaxat, qui tigna dolãt, sed omnes, qui ædificant.*

PAVLVS *libro* III. *ad Vitellium* Lex LXXXIIII.

FILij *appellatione omnes liberos intelligimus.*

IVLIANVS Lex LXXVI.

FRVGEM *pro reditu appellari, non solum pro frumentis, aut leguminibus, uerum etiã pro eo quod ex uino, uel ex syluis cæduis, cretæfodinis, lapicidinis capitur. Iulianus scribit, fruges omnes esse quibus homo uescatur, falsum esse. nõ enim carnes, aut aues, ferasve, aut poma, fruges dici. Frumentum autem id esse, quod arista in se teneat, rectè Gallum definisse. Lupinum uerò, & fabas, fruges potius dici: quia non arista, sed siliqua continentur: quæ Seruius apud Alphenum in frumento contineri putat.*

TRIPHONINVS *lib.* I. *disputat* Lex CCXXV.

FVGITIVVS *est. nõ is, qui solũ fugiẽdi à do*

mino

mino consilium suscepit, licet id se facturum ia- ctauerit, sed qui in ipsum factum fugæ uitium mẽtis deduxerit. Nam & furem, & adulterum, & aleatorem, quanquam alia significatione, ex animi propositione cuiusque sola dicere quis pos sit, etiam eum, qui nunquam alienam rem in- uito domino subtraxerit: qui nũquam alienam matrẽfamilias corruperit: si modo eius mentis sit, ut occasione data id commissurus sit: tamen oportere hæc eadem crimina assumpto actu in- telligi: & ideo fugitiuum quoque, & erronem, non secundum propositionem solam, sed cum ali quo facto intelligi constat.

FLORENTINVS *lib.* VII. *Instit.*

Lex CCXI.

FVNDI *appellatione omne ædificiũ, & om nis ager continetur. Sed in usu urbana ædificia, ædes. rustica uillæ dicũtur. Locus uerò sine ædi- ficio, in urbe, area: in rure autem, ager appella- tur: idemq́; ager cum ædificio, fundus dicitur.*

VLPIANVS *lib.* V. *ad legem Iuliam.*

Lex CXXXVI.

GENERI *appellatione, & neptis, & pro- neptis tam ex filio, quàm ex filia editarum, cæ- terarumq́; maritos contineri, manifestum est.*

IDEM *libro* XXIII. *ad edictum.*

Lex CLXXXVIII.

HABERE *duobus modis dicitur: altero iu- re dominij: altero obtinere sine ĩterpellatione, id quod quis emerit. Cautum intelligitur, siue per sonis, siue rebus cautum sit.*

PAVLVS *lib.* XXXVIII. *ad edictum.*

Lex CXCII.

HAEC *adiectio, plurisve, non infinitam pe cuniam continet, sed modicam duntaxat:*

ut

ut taxatio, hæc, Solidorum decem plurisve, ad minutulam summam referatur.

CAIVS *libro 1. de uerbo. obliga.*

Lex CCXXXI.

HAEC *enunciatio, quæ fuit pluris aureorum triginta: simul & quantitatis, & æstimationis, significatiua est.*

IVLIANVS *libro 11. Digesto.*

Lex CC.

*noxis *noxas. HAEC *stipulatio noxijs solutum præstari: non existimatur ad eas*noxias pertinere, quæ publicam exequutionem, & coercitionem capitalem habent.*

VLPIANVS *libro* LXXIII. *ad edictum*

Lex LXIX.

HAEC *verba, cui rei dolus malus abfuerit: generaliter comprehendunt omnem dolum, qui cunque in hanc rem admissus est, de qua stipulatio est interposita.*

PROCVLVS *libro* V. *Epistol.*

Lex CXXIIII.

HAEC *uerba, ille aut ille: non solum disiunctiuæ, sed etiam subdisiunctiuæ orationis sunt. Disiunctiuum est, ueluti cùm dicimus, aut dies aut nox est: quorum posito altero, necesse est tolli alterum: item sublato altero poni alterum. Ita simili figuratione uerbum, aut, potest esse subdisiunctiuum. Subdisiunctiuorum autem genera sunt duo: unum, cùm ex propositis finibus ita non potest utrumque esse, ut possit neutrum esse: ve luti cùm dicimus, aut sedet, aut ambulat. Nam ut nemo potest utrunque simul facere, ita aliquis potest neutrum: ueluti is, qui accumbit. Alterius generis est, cum ex propositis finibus, ita non potest neutrum esse, ut possit esse utrunque:*

ueluti cùm dicimus: omne animal aut facit aut patitur. nullum enim animal est, quod nec faciat, nec patiatur: at potest simul & pati & facere.

PAVLVS *libro* XXX.

Lex LXXIII.

HAEC *uerba in stipulatione posita, eam rē rectè restitui: fructus continent, rectè enim uerbum, pro uiri boni arbitrio est.*

IDEM *libro* I. *ad edictum.*

Lex CXCIII.

HAEC *uerba, quanti eam rem apparet esse, non ad id, quod interest, sed ad rei æstimationem referuntur.*

VLPIANVS *libro* LXII. *ad edict.*

Lex LXV.

HAEREDIS *appellatio, non solùm ad proximum hæredem, sed etiam ad ulteriores refertur. Nam & hæredis hæres, & deinceps, hæredis appellatione continentur.*

IDEM *libro* XXX. *ad Senatusconſ.*

Lex CLXX.

HAEREDIS *appellatione omnes significari successores credendum est, & si uerbis non sint expressi.*

POMPONIVS *lib.* III. *Lex* CXIX.

HAEREDITATIS *appellatio, sine dubio cōtinet etiam damnosam hæreditatem. iuris enim nomen est sicuti bonorum possessio.*

PAVLVS *libro* IIII *ad legem Iuliam.*

Lex CXXXVIII.

HAEREDITATIS *appellatione, bonorum quoque possessio continetur.*

POMPEIVS *lib.* VIII. *ad Q. Mutium.*

Lex CXXII.

Herennius

*Aliàs Seruus.

HERENNIVS* *ait, si ita scriptū sit, Filio filiisq; meis hosce tutores do: masculis duntaxat tutores datos: quoniam à singulari casu, hoc est, filio, ad pluralem uidetur transisse continentem eundem sexum, quem singularis prior positus habuisset. Sed hoc facti, non iuris habet quæstionem. Potest enim fieri, ut in singulari casu de filio senserit: deinde plenius omnibus liberis prospexisse in tutore dando uoluerit, quod magis rationabile esse uidetur.*

CAIVS *libro* X *ad leg.* Iul. Pap.

Lex CLII.

HOMINIS *appellatione tam fœminam, quàm masculum contineri, non dubitatur.*

POMPONIVS *lib.* II. *ad* Q. Mutium.

Lex CXVIII.

HOSTES *ij sunt,, qui nobis, aut quibus nos publicè bellum decreuimus: cæteri latrones, aut prædones sunt.*

VLPIANVS *libro* IX.

Lex CXLIII.

ID *apud se quis habere uidetur, de quo habet actionem: habetur enim, quod peti potest.*

IDEM *libro* LXVI. *ad edictum.*

Lex LXVIII.

ILLA *uerba, arbitratu* Lucij Titij *fieri, ius significant, & in seruum non cadunt.*

PAVLVS *libro* II. *ad edictum.*

Lex CLXI.

ILLA *uerba, optimus maximusq; est: uel in eum cadere possunt, qui solus est. Sic et circa edictū Prætoris supremæ tabulæ habētur etiā solæ. Pueri appellatione etiā puella significatur. Nā & fœminas puerperas appellāt recētes ex partu: & Græci cōmuniter* ὁ καὶ ἡ *παῖς *appellāt.*

* Id est, hic & hęc puer. παῖδας

Idem

IDEM *libro* III.*ad Plaut.*

Lex LXXIX.

IMPENSAE *necessariæ sunt, quæ si facta nō sint, res aut peritura, aut deterior futura sit. Vtiles impēsas esse, Fulcinius ait, quæ meliorē do tē faciāt, deteriorē esse nō sinant: ex quibus reditus mulieri adquiratur: sicut arbusti pastinationes ultra quàm necesse fuerat: item doctrinā puerorū quorum nomine onerari mulierē ignorantē uel inuitā non oportet, ne cogatur fundo, aut mācipijs carere. In his impensis & pistrinū, et horreū insulæ dotali adiectū plerūq: dicimus. Voluptariæ sunt, quæ speciē duntaxat ornant, non etiam fructū augēt: ut sunt uiridaria, aquæ salientes, incrustationes, loricationes, picturæ.*

PAPINIANVS *libro* II. *Responso.*

Lex CCXIX.

IN *conuentionibus contrahentiū uoluntatē potius, quàm uerba spectari placuit. Cum igitur ea lege fundum uectigalē municipes locauerint, ut ad hæredem eius, qui susceperit, pertineret. ius hæredum ad legatarium quoque transferri potuit.*

PAVLVS *lib.* IX. *ad Plaut.* Lex LXXX.

IN *generali petitione legatorum, etiam datæ libertates continentur, ex mente legis duodecim tabularum.*

VLPIANVS *libro* II. *ad edictum.*

Lex III.

IN *itinere faciendo uiginti millia passuum in dies singulos peragenda, sic sunt accipienda, ut si post hanc dinumerationem minus quàm uiginti millia supersint, integrum diem occupent: ueluti si XXI. millia passuū sunt, biduum eis attribuetur: quæ denumeratio ita demum*

*colligenda

* faciēda. *colligenda erit, si de die non conueniat. Eius qui apud hostes decessit, dici hæreditas non potest, quia seruus decessit.

ALPHENVS VARVS *libro* VIII.

Digest. Lex CCIIII.

IN *lege censoria* Portus Siciliæ *ita scriptũ erat, Seruos, quos domum quis duceret suo usu, pro his portorium ne dato. Quærebatur si quis à* Sicilia *seruos* Romam mitteret *fundi instruẽdi* *omnib* *causa: utrum pro his*hominibus portorium dare deberet, necne? Respondet duas esse in hac scriptura quæstiones. Primã, quid esset, domum ducere alteram, quid esset, usu suo ducere.* Igitur *quæri solet utrum ubi quisq; habitaret, siue in prouĩncia, siue in* Italia: *an dũtaxat in sua cuiusq; patria domus esse rectè diceretur.* Sed *de ea re rectè constitutum esse, eam domũ unicuiq; ibi debere existimari, ubi quisq; sedes & tabulas haberet, suarumq; rerum constitutionem fecisset. Quid autem esset, usu suo, magnam habere dubitationem.* Et *magis placere quod uictus, sui causa paratum esset, tantum contineri.* Itẽq; *de seruis eadem ratione quæri, qui eorum usus sui causa parati essent. utrum dispensatores, insulary uillici, atriẽses, textores: an operary quoque rustici: qui agrorũ colendorum causa habentur, ex quibus paterfamilias fructus caperet, quibus se toleraret: omnes deniq; seruos quos quisque emisset ut ipse haberet, atq; eis ad aliquam rem uteretur, neque ideo emisset, ut uenderet.* Et *sibi uideri, eos demum usus sui causa patremfamilias habere, qui ad eius corpus tuendum, atq; ipsius cultum præpositi destinatiq; es-*
* actores. *sent, quo in genere*uectores, cubiculary, coci, administratores, atq; aly, qui ad eiusmodi usum*

parati

parati essent numerarentur.

QVINTVS MVTIVS *lib. singulari* * ὁρῶν. *id est, finitionũ,

Lex CCXLI.

IN *rutis et cæsis ea sunt, quæ terra nõ tenẽtur quæq; opere structili tectoriove nõ continentur.*

CELSVS *lib.* XXXV. *Digestorum.*

Lex CLVIII.

IN *usu iuris frequẽter uti nos, Cassellius ait, singulari appellatione, cum plura generis eiusdem significare uolumus. nam & multum homi nem uenisse Romam, & piscem uilem esse dicimus. Item in stipulando satis habemus de hærede cauere. Si ea res secundum me, hæredemve meum iudicata erit, & rursus: Quod ob eam rem te hæredemve tuum, nempe æque & si plures hæredes sint, continentur stipulatione.*

POMPONIVS *libro* II. *ad S.C.*

Lex CLXIII.

IN *uulgari substitutione, qua ei qui supremus morietur, hæres substituitur: rectè substitutus, etiã unico intelligitur, exemplo legis duodecim tabularũ, ex quibus proximus agnatus etiã solus habetur. Si quis ita in testamẽto scripserit, Si quid filio meo acciderit, Dama seruus meus liber esto: mortuo filio, Dama liber erit: licet enim accidant aliqua & uiuis, attamen uulgari sermone etiam mors significatur.*

PAVLVS *libro* XXXVIII.

Lex CLXXXIIII.

IN*de tabernacula et cõtabernales dicti sunt.* Adde. l. tabernæ. & l. instructam.

VLPIANVS *libro* I. *ad edictum.*

Lex CXCVII.

INDICASSE *reum, est detulisse, arguisse, accusasse, & conuicisse.*

VLPIANVS Lex XLV.

In

IN *strato omne uestimentum cōtineri, quod iniciatur, Labeo ait: Neque enim dubium est, quin stragulæ uestis sit quod Græci περίστρωμα uocant. In uictu ergo uestem accipiemus. non stragulam: in stratum, omnem stragulam uestem.*

VLPIANVS *lib.* XXVIII. *ad edictum.*

Lex CLXXXV.

INSTRVCTAM *autem tabernam sic accipimus, quæ & rebus & hominibus ad negotiationem paratis constat.*

TERENT. CLEMENS *lib.* XII. *ad legem Iuliam Papiam.* Lex CLIII.

INTELLIGENDVS *est mortis tempore, fuisse qui in utero relictus est.*

PAVLVS *lib.* XXXV.

Lex CXCI.

INTER *diuortium & repudium hoc inter est, quòd repudiari etiam futurū matrimonium potest: non rectè autē sponsa diuertisse dicitur, quòd diuortium ex eo dictum est, quod in diuersas partes eunt qui discedunt.*

PAVLVS *lib.* XLIIII. *ad edictum.*

Lex CXCIII.

INTER *donum & munus hoc interest, quod inter genus & speciem. Nam genus esse donum Labeo ait, à donando dictum: munus speciem. nam munus esse donum cum causa, utputa natalitium nuptiarium.*

VLPIANVS *libro* LI. *ad edictum*

Lex CLXXIX.

INTER *hac uerba, quanti ea res erit, uel, quanti eam rem esse*apparet. nihil interest in utraque enim clausula placet ueram rei æstimationem fieri.*

*paret.

Labo-

IABOLENVS *libro* I. *ex posterioribus Labeonis.* Lex CCXVII.

INTER *illam conditionem, cùm fari potuerit, &, postquam fari potuerit, multum interest. nam posteriorem scripturam uberiorem esse constat: cùm fari potuerit, arctiorem: & id tantummodo tempus significari, quo primùm fari poßit. Item ita data conditione, illud facito in diebus. si nihil præterea fuisset adiectum, in biduo conditionem impleri oportet.*

VLPIANVS *libro* X. *ad edictum.* Lex XVII.

INTER *publica habemus non sacra, nec religiosa, nec quæ publicis usibus sunt destinata: sed si qua sunt ciuitatũ uelut bona: sed & peculia seruorum ciuitatum proculdubio publica habentur.* Publica *uectigalia intelligere debemus, ex quibus uectigal fiscus capit: quale est uectigal portus, uel uenalium rerum: item salinarum, & metallorum, & piscariorum.*

MODESTINVS *libro* VIII. *differen.* Lex CI.

INTER *stuprum, & adulterium hoc interesse quidam putant, quòd adulteriũ in nuptã, stuprum in uiduã & in uirginem cõmittitur. Sed lex* Iulia *de adulterijs hoc uerbo indifferenter utitur. Diuortiũ inter uirũ & uxorẽ fieri dicitur: repudium uerò sponsæ remitti uidetur: quod & in uxoris personam non absurde cadit. Verùm est, morbum esse temporalem corporis imbecillitatem: uitium uerò perpetuum corporis impedimentum,* * *ueluti si luscus sit. Nam & luscus utiq; uitiosus est. Seruis legatis etiam ancillas deberi quidam putant. quasi commune nomen utrunq; sexum contineat.*

*Veluti si talum excussit. ita luscus.

Paulus

PAVLVS *libro* III.*ad Plaut.*

Lex LXXXIII.

INTERDVM *proprietatem quoque uerbũ possessiones significat: sicut in eo qui possessiones suas legasset responsum est.*

PAVLVS *libro* LXVI. *ad edictum.*

Lex LXIIII.

INTESTATVS *est, non tantum qui testamentum non fecit, sed etiam is: cuius ex testamẽto hæreditas adita non est.*

MARTIANVS *lib.* VII.*Institutionum.*

Lex CCX.

IS *qui natus est ex mãcipijs urbanis & missus est in uillam nutriendus: in urbanis seruis constituetur.*

IVLIANVS *libro* XXXI.*Digestorum.*

Lex CCI.

IVSTA *interpretatione recipiendum est, ut appellatione filij sicuti filiamfamilias contineri sæpe respondimus, ita & nepos uideatur comprehendi: & patris nomine, auus quoque demonstrari intelligatur.*

PAVLVS *libro* VIII.

Lex XIIII.

LABEO *& Sabinus existimant, si uestimentum scissum reddatur, uel res corrupta reddita sit, ueluti scyphi collici, aut tabula rasa pictura: uideri rem abesse, quoniam earum rerum pretium non in substantia, sed in arte sit positum. Item si dominus rem, quæ sibi furto aberat ignorans emerit, rectè dicitur res abesse, etiam si postea id ita esse scierit: quia uidetur res ei abesse, cui pretium abest. Rem amisisse uidetur, qui aduersus nullum, eius rei persequendæ actionem habet.*

Vlpianus

VLPIANVS *libro* XX.

Lex XIX.

LABEO *libro primo Prætoris urbani definit, quòd quædam agantur, quædam gerantur: quædam contrahantur, & actum quidem generale uerbum esse, siue uerbis quid agatur, ut in stipulatione: siue re, ut in numeratione pecuniæ. Contractum autem, ultro citroque obligationem esse, quem Græci* * συνάλλαγμα *uocant, ueluti emptionem, uenditionem, locationẽ, conductionem, societatem. Gestum autem rem significare sine uerbis factam.*

* Id est, mutuum factũ obligatoriũ.

PAVLVS *libro* IIII. *sententiarum.*

Lex CCXXIII.

LATAE *culpæ finis est, non intelligere id, quod omnes intelligunt. Amicos appellare omnes debemus: non leui notitia coniunctos: sed quibus fuerint iura cum patrefamiliàs honestis familiaritatis quæsita rationibus.*

VLPIA. *lib.* II. *ad legem Iuliam Papiam.*

Lex CXXX.

LEGE *obuenire hæreditatem, non impropriè quis dixerit, etiam eam, quæ ex testamento defertur: quia lege duodecim tabularum testamentariæ hæreditates confirmantur.*

PAVLVS *libro* LVI. *ad edictum.*

Lex XLVII.

LIBERATIONIS *uerbum, eandem uim habet, quam solutionis.*

CALLISTR. *libro* II. *Quæstionum.*

Lex CCXX.

LIBERORVM *appellatione, nepotes, & pronepotes, cæterique, qui ex his descendũt, cõtinẽtur. hos enim omnes liberorũ appellatione lex duodecim tabularũ comprehendit. Toties enim*

leges necessarium ducunt, cognationum singularũ nominibus uti, ueluti filij, nepotis, pronepotis, caeterorumve, qui ex his descendunt: quoties non omnibus qui post eos sunt, praestitum uoluerint, sed solis ijs succurrẽt, quos nominatim enumerant. At ubi non personis certis, non quibusdã gradibus praestatur, sed omnibus qui ex eodem genere orti sunt, liberorũ appellatione comprehẽduntur. Sed & Papyrius Fronto lib. III. *responsorũ ait, Praedio cum uillico, & cõtubernali eius, & filijs legato, nepotes quoq; ex filijs contineri: nisi uolũtas testatoris aliter se habeat. filij enim appellatione saepe & nepotes accipi, multifariam placere. Diuus quoque Marcus rescripsit, non uideri sine liberis defunctũ, qui nepotem suũ haeredem reliquit. Praeter haec omnia, natura nos quoq; docet, parentes pios, qui liberorum procreandorum animo & uoto uxores ducũt, filiorum appellatione omnes, qui ex nobis descendũt continere. Neque enim dulciori nomine possumus nepotes nostros, quàm filij, appellare. Etenim idcirco filios filiasve concipimus, atque edimus, ut ex prole eorũ earumve, diuturnitatis nobis memoriam in aeuum relinquamus.*

VLPIANVS *libro* XXXVIII.

Lex CLXXII.

LIBERTI *appellatione, etiam libertam contineri placuit.*

MODESTINVS *lib.* VIII. *Regularum.*

Lex CIII.

LICET *capitalis, Latinè loquentibus, omnis causa existimationis uideatur: poenae tamen appellatio capitalis, mortis, uel amissionis ciuitatis, intelligenda est.*

CAIVS *lib.* XXXII. *ad edictum prouin.*

Lex LVIII. *Licet*

LICET *inter gesta & facta uideatur quædā esse subtilis differentia, attamen* καταχρη- *στικῶς inter gestum & factum, nihil interest.* * Id est, abusiue
Paternos libertos, rectè uidemur dicere nostros libertos: liberorum uerò nostrorum libertos, non rectè nostros libertos dicimus.

VLPIANVS *libro* XXII.

Lex XXXVI.

LITIS *nomen, omnem actionem significat: siue in rem, siue in personam sit.*

CELSVS *libro* XXV. *Digestorum.*

Lex XCVI.

LITTVS *est quousque maximus fluctus à mari peruenit: idq; Marcum Tullium aiunt, cùm arbiter esset, primum constituisse. Prædia dicimus aliquorum esse, non utique communiter habentium ea, sed uel alio aliud habente.*

IABOLENVS *libro* XI. *ex Cassio.*

Lex CXII.

LITTVS *publicum est eatenus, quatenus maximè fluctus exæstuat, & effluit. Idem iuris est in lacu, nisi is totus priuatus est.*

VLPIANVS *lib.* LXVIII. *ad edictum.*

Lex LX.

LOCVS *est non fundus, sed portio aliqua fundi. Fundus autem integrum aliquid est: & plerumq;* locum sine uilla accipimus. Cæterùm adeò opinio nostra & constitutio locum à fundo separat, ut & modicus locus possit fundus dici, si fundi animo eum habuerimus. Nō enim magnitudo locum à fundo separat, sed nostra affectio. Et qualibet portio fundi poterit fundus dici, si iam hoc constituerimus. Nec nō & fundus, locus constitui nō potest. Nam si eum alij adiunuerimus fundo, locus fundi efficietur. Loci ap-* *fundum

b 2 pellationem

pellationem non solùm ad rustica, uerùm ad urbana quoq; prædia pertinere, Labeo scribit, sed fundus quidem suos habet fines: locus uerò latere potest, quatenus determinetur & definiatur.

PAVLVS *libro* I. *Manualium.*

Lex CCXXVI.

MAGNA *negligentia, culpa est: magna culpa, dolus est.*

LICINIVS *libro* X. *Regularium.*

Lex CLVI.

MAIORE *parte anni possedisse quis intelligitur, etiam si duobus mensibus possederit: si modò aduersarius eius aut pautioribus diebus, aut nullis possederit.*

IABOLENVS *libro* II. *ex poster. Labeo.*

Lex CCXLII.

MALVM, *nauis esse partem: artemonem autem non esse*, Labeo *ait.* & *uerius est: quia pleræq; naues sine malo inutiles essent: ideoque pars nauis habetur: artemon autem magis additamentum, quàm pars nauis est.* Inter *proiectũ & immissum, hoc interesse* Labeo *ait, quòd proiectũ esset id, quod ita proueheretur, ut nusquã requiesceret: qualia Mœniana & Suggrundia essent.* Immissum *autem, quòd ita fieret ut aliquo loco requiesceret ueluti tigna, trabesq; quæ immitterentur.* Plumbum *autem quod pro tegulis poneretur, ædificij esse, ait* Labeo: *sed id quod* *ὑπαιτρίυ *tegendi causa poneretur, cõtra esse. Viduam non solùm eam, quæ aliquando nupta fuisset: sed eam quoque mulierem, quæ uirũ non habuisset, appellari, ait* Labeo: *quia uidua sic dicta est, quasi uecors, uesanus qui sine corde aut sine sanitate esset similiter uiduam esse dictam quasi sine duitate.* Structuram *loci alicuius*

*i. spatii quod sub dio expositum est.

ius ex tabulis factam, quæ æstate tollerentur, & hyeme reponerentur, ædium esse ait Labeo: quoniam perpetuo usui parata esset neque ad rem pertinere, quòd interim tollerentur.

VLPIANVS *libro* V. *ad edictum.*

Lex IX.

MARCELLVS *apud Iulianum tractans notat, uerbo,* * *rapuisse, & scissum, & fractum contineri, & ui raptum.* * rupisse aliàs perisse.

PAVLVS *libro* X. *ad legem Iul. Papiam.*

Lex CLIIII.

MASVRIVS *scribit libro Memorabilium, pellicē apud antiquos eam habitam, quæ cū uxor nō esset, cū aliquo tamē uiuebat, eamq; nunc uero nomine amicam, paulò honestiore, concubinam appellari.* * *Caius Flaccus in libro de iure* * *Papyriano, scribit, pellicem nunc uulgò uocari, quæ cum eo, cui uxor sit, corpus misceat: quosdam eam, quæ uxoris loco sine nuptijs in domo sit: quàm Græci* * *παλλακὴν uocant.* * Græcus. *idest, pellicē, aliàs ἑταίραν idest, amicam.

PAVLVS *libro* II. *fideicom.*

Lex XCI.

MEORVM *& tuorum appellatione, actiones quoque contineri dicendum est.*

VLPIANVS *libro* LXVI. *ad edictum.*

Lex LXVI.

MERCIS *appellatio, ad res mobiles tantùm pertinet.*

AFRICANVS *libro* IIII. *Quæstio.*

Lex CCVII.

MERCIS *appellatione, homines non contineri, Mela ait: & ob eam rem mangones, non mercatores, sed uenalitiarios appellari ait: & rectè.*

ut taxatio, hæc, Solidorum decem plurisve, ad minutulam summam referatur.

CAIVS *libro* 1. *de uerbo. obliga.*

Lex CCXXXI.

HAEC *enunciatio, quæ fuit pluris aureorum triginta: simul & quantitatis, & æstimationis, significatiua est.*

IVLIANVS *libro* 11. *Digesto.*

Lex CC.

*noxis *noxas. HAEC *stipulatio noxys solutum præstari: non existimatur ad eas *noxias pertinere, quæ publicam exequutionem, & coercitionem capitalem habent.*

VLPIANVS *libro* LXXIII. *ad edictum*

Lex LXIX.

HAEC *verba, cui rei dolus malus abfuerit: generaliter comprehendunt omnem dolum, quicunque in hanc rem admissus est, de qua stipulatio est interposita.*

PROCVLVS *libro* V. *Epistol.*

Lex CXXIIII.

HAEC *uerba, ille aut ille: non solum disiunctiuæ, sed etiam subdisiunctiuæ orationis sunt. Disiunctiuum est, ueluti cùm dicimus, aut dies aut nox est: quorum posito altero, necesse est tolli alterum: item sublato altero poni alterum. Ita simili figuratione uerbum, aut, potest esse subdisiunctiuum. Subdisiunctiuorum autem genera sunt duo: unum, cùm ex propositis finibus ita non potest utrumque esse, ut possit neutrum esse: veluti cùm dicimus, aut sedet, aut ambulat. Nam ut nemo potest utrunque simul facere, ita aliquis potest neutrum: ueluti is, qui accumbit. Alterius generis est, cum ex propositis finibus, ita non potest neutrum esse, ut possit esse utrunque: ueluti*

ueluti cùm dicimus: omne animal aut facit aut patitur. nullum enim animal est, quod nec faciat, nec patiatur: at potest simul & pati & facere.

PAVLVS libro XXX.

Lex LXXIII.

HAEC uerba in stipulatione posita, eam rẽ rectè restitui: fructus continent, rectè enim uerbum, pro uiri boni arbitrio est.

IDEM libro I. ad edictum.

Lex CXCIII.

HAEC uerba, quanti eam rem apparet esse, non ad id, quod interest, sed ad rei æstimationem referuntur.

VLPIANVS libro LXII. ad edict.

Lex LXV.

HAEREDIS appellatio, non solùm ad proximum hæredem, sed etiam ad ulteriores refertur. Nam & hæredis hæres, & deinceps, hæredis appellatione continentur.

IDEM libro XXX. ad Senatusconſ.

Lex CLXX.

HAEREDIS appellatione omnes significari successores credendum est, & si uerbis non sint expreßi.

POMPONIVS lib. III. Lex CXIX.

HAEREDITATIS appellatio, sine dubio cõtinet etiam damnosam hæreditatem. iuris enim nomen est sicuti bonorum possesßio.

PAVLVS libro IIII ad legem Iuliam.

Lex CXXXVIII.

HAEREDITATIS appellatione, bonorum quoque possesßio continetur.

POMPEIVS lib. VIII. ad Q. Mutium.

Lex CXXII.

Herennius

*Aliàs Seruus.

HERENNIVS* ait, si ita scriptũ sit, Filio filiisq; meis hosce tutores do: masculis duntaxat tutores datos: quoniam à singulari casu, hoc est, filio, ad pluralem uidetur transisse continentem eundem sexum, quem singularis prior positus habuisset. Sed hoc facti, non iuris habet quæstionem. Potest enim fieri, ut in singulari casu de filio senserit: deinde plenius omnibus liberis prospexisse in tutore dando uoluerit, quod magis rationabile esse uidetur.

CAIVS libro x. ad leg. Iul. Pap.

Lex CLII.

HOMINIS appellatione tam fœminam, quàm masculum contineri, non dubitatur.

POMPONIVS lib. II. ad Q. Mutium.

Lex CXVIII.

HOSTES ij sunt, qui nobis, aut quibus nos publicè bellum decreuimus: cæteri latrones, aut prædones sunt.

VLPIANVS libro IX.

Lex CXLIII.

ID apud se quis habere uidetur, de quo habet actionem: habetur enim, quod peti potest.

IDEM libro LXVI. ad edictum.

Lex LXVIII.

ILLA uerba, arbitratu Lucij Titij fieri, ius significant, & in seruum non cadunt.

PAVLVS libro II. ad edictum.

Lex CLXI.

ILLA uerba, optimus maximusq; est: uel in eum cadere possunt, qui solus est. Sic et circa edictũ Prætoris supremæ tabulæ habētur etiã solæ. Pueri appellatione etiã puella significatur. Nã & fœminas puerperas appellãt recētes ex partu: & Græci cõmuniter* ὁ καὶ ἡ *παῖς appellãt.

* Id est, hic & hæc puer. παῖδας

Idem

IDEM *libro* III.*ad* Plaut.

Lex LXXIX.

IMPENSAE *necessariæ sunt, quæ si facta nō sint, res aut peritura, aut deterior futura sit. Vtiles impēsas esse, Fulcinius ait, quæ meliorē dotē faciāt, deteriorē esse nō sinant: ex quibus reditus mulieri adquiratur: sicut arbusti pastinationes ultra quàm necesse fuerat: item doctrinā puerorū quorum nomine onerari mulierē ignorantē uel inuitā non oportet, ne cogatur fundo, aut mācipijs carere. In his impensis & pistrinū, et horreū insulæ dotali adiectū plerūq; dicimus Voluptariæ sunt, quæ speciē duntaxat ornant, non etiam fructū augēt: ut sunt uiridaria, aquæ salientes, incrustationes, loricationes, picturæ.*

PAPINIANVS *libro* II. *Responso*.

Lex CCXIX.

IN *conuentionibus contrahentiū uoluntatē potius, quàm uerba spectari placuit. Cum igitur ea lege fundum uectigalē municipes locauerint, ut ad hæredem eius, qui susceperit, pertineret, ius hæredum ad legatarium quoque transferri potuit.*

PAVLVS *lib.* IX.*ad* Plaut. Lex LXXX.

IN *generali petitione legatorum, etiam datæ libertates continentur, ex mente legis duodecim tabularum.*

VLPIANVS *libro* II.*ad edictum*.

Lex III.

IN *itinere faciendo uiginti millia passuum in dies singulos peragenda, sic sunt accipienda, ut si post hanc dinumerationem minus quàm uiginti millia supersint, integrum diem occupent: ueluti si* XXI. *millia passuū sunt, biduum eis attribuetur; quæ denumeratio ita demum*

*colligenda

*faciēda. *colligenda erit, si de die non conueniat. Eius qui apud hostes decessit, dici hereditas non potest, quia seruus decessit.

ALPHENVS VARVS *libro* VIII.
Digest. Lex CCIIII.

IN *lege censoria Portus Siciliæ ita scriptū erat, Seruos, quos domum quis duceret suo usu, pro his portorium ne dato. Quærebatur si quis à Sicilia seruos Romam mitteret fundi instruēdi* *omnib* *causa: utrum pro his*hominibus portorium dare deberet, necne? Respondet duas esse in hac scriptura quæstiones. Primā, quid esset, domum ducere alteram, quid esset, usu suo ducere. Igitur quæri solet utrum ubi quisq; habitaret, siue in prouincia, siue in Italia: an dūtaxat in sua cuiusq; patria domus esse rectè diceretur. Sed de ea re rectè constitutum esse, eam domū unicuiq; ibi debere existimari, ubi quisq; sedes & tabulas haberet, suarumq; rerum constitutionem fecisset. Quid autem esset, usu suo, magnam habere dubitationem. Et magis placere quod uictus, sui causa paratum esset, tantum contineri. Itē q; de seruis eadem ratione quæri, qui eorum usus sui causa parati essent. utrum dispensatores, insularij uillici, atriēses, textores: an operarij quoque rustici, qui agrorū colendorum causa habentur, ex quibus paterfamilias fructus caperet, quibus se toleraret: omnes deniq; seruos quos quisque emisset ut ipse haberet, atq; eis ad aliquam rem uteretur, neque ideo emisset, ut uenderet. Et sibi uideri, eos demum usus sui causa patremfamilias habere, qui ad eius corpus tuendum, atq; ipsius cultum præpositi destinatiq; es-* *actores. *sent, quo in genere*uectores, cubicularij, coci, administratores, atq; alij, qui ad eiusmodi usum*

parati

parati essent numerarentur.

QVINTVS MVTIVS *lib. singulari* ὅρων. *id est, finitionũ,

Lex CCXLI.

IN *rutis et cæsis ea sunt, quæ terra nõ tenetur queq; opere structili tectoriove nõ continentur.*

CELSVS *lib.* XXXV. *Digestorum.*

Lex CLVIII.

IN *usu iuris frequẽter uti nos, Casselius ait, singulari appellatione, cum plura generis eiusdem significare uolumus. nam & multum hominem uenisse Romam, & piscem uilem esse dicimus. Item in stipulando satis habemus de hærede cauere. Si ea res secundum me, hæredemve meum iudicata erit, & rursus; Quod ob eam rem te hæredemve tuum, nempe æque & si plures hæredes sint, continentur stipulatione.*

POMPONIVS *libro* II. *ad S.C.*

Lex CLXIII.

IN *uulgari substitutione, qua ei qui supremus morietur, hæres substituitur: rectè substitutus, etiã unico intelligitur, exemplo legis duodecim tabularũ, ex quibus proximus agnatus etiã solus habetur. Si quis ita in testamẽto scripserit, Si quid filio meo acciderit, Dama seruus meus liber esto: mortuo filio, Dama liber erit. licet enim accidant aliqua & uiuis, attamen uulgari sermone etiam mors significatur.*

PAVLVS *libro* XXXVIII.

Lex CLXXXIIII.

INde *tabernacula et cõtabernales dicti sunt.* Adde. l. tabernæ. & l. instructam.

VLPIANVS *libro* I. *ad edictum.*

Lex CXCVII.

INDICASSE *reum, est detulisse, arguisse, accusasse, & conuicisse.*

VLPIANVS Lex XLV.

In

IN *strato omne uestimentum cõtineri, quod iniciatur, Labeo ait: Neque enim dubium est, quin stragula uestis sit quod Graci περίστρωμα uocant. In uictu ergo uestem accipiemus. non stragulam: instratum, omnem stragulam uestem.*

VLPIANVS *lib.* XXVIII.*ad edictum.*

Lex CLXXXV.

INSTRVCTAM *autem tabernam sic accipimus, quæ & rebus & hominibus ad negotiationem paratis constat.*

TERENT. CLEMENS *lib.* XII. *ad legem Iuliam Papiam.* Lex CLIII.

INTELLIGENDVS *est mortis tempore, fuisse qui in utero relictus est.*

PAVLVS *lib.* XXXV.

Lex CXCI.

INTER *diuortium & repudium hoc inter est, quòd repudiari etiam futurũ matrimonium potest: non rectè autẽ sponsa diuertisse dicitur, quòd diuortium ex eo dictum est, quod in diuersas partes eunt qui discedunt.*

PAVLVS *lib.* XLIIII.*ad edictum.*

Lex CXCIII.

INTER *donum & munus hoc interest, quod inter genus & speciem. Nam genus esse donum Labeo ait, à donando dictum: munus speciem. nam munus esse donum cum causa, utputa natalitium nuptiarium.*

VLPIANVS *libro* LI.*ad edictum*

Lex CLXXIX.

INTER *hac uerba, quanti ea res erit, uel, quanti eam rem esse*apparet. nihil interest in utraque enim clausula placet ueram rei æstimationem fieri.*

*paret.

Labo-

IABOLENVS *libro* I. *ex posterioribus Labeonis.* Lex CCXVII.

INTER *illam conditionem, cùm fari potuerit, &, postquam fari potuerit, multum interest. nam posteriorem scripturam uberiorem esse constat: cùm fari potuerit, arctiorem: & id tantummodo tempus significari, quo primùm fari possit. Item ita data conditione, illud facito in diebus. si nihil præterea fuisset adiectum, in biduo conditionem impleri oportet.*

VLPIANVS *libro* X. *ad edictum.* Lex XVII.

INTER *publica habemus non sacra, nec religiosa, nec quæ publicis usibus sunt destinata: sed si qua sunt ciuitatū uelut bona: sed & peculia seruorum ciuitatum proculdubio publica habentur.* Publica *uectigalia intelligere debemus, ex quibus uectigal fiscus capit: quale est uectigal portus, uel uenalium rerum: item salinarum, & metallorum, & piscariorum.*

MODESTINVS *libro* VIII. *differen.* Lex CI.

INTER *stuprum, & adulterium hoc interesse quidam putant, quòd adulteriū in nuptā, stuprum in uiduā & in uirginem cōmittitur. Sed lex Iulia de adulterijs hoc uerbo indifferenter utitur. Diuortiū inter uirū & uxorē fieri dicitur: repudium uerò sponsæ remitti uidetur: quod & in uxoris personam non absurde cadit. Verùm est, morbum esse temporalem corporis imbecillitatem: uitium uerò perpetuum corporis impedimentum,* uelut i si luscus sit. Nam & luscus utiq; uitiosus est. Seruis legatis etiam ancillas deberi quidam putant. quasi commune nomen utrunq; sexum contineat.*

*Veluti si talum excussit. ita luscus.

Paulus

VLPIANVS *libro* XX.

Lex XIX.

LABEO *libro primo Prætoris urbani definit, quòd quædam agantur, quædam gerantur, quædam contrahantur, & actum quidem generale uerbum esse, siue uerbis quid agatur, ut in stipulatione: siue re, ut in numeratione pecuniæ. Contractum autem, ultro citroque obligationem esse, quem Græci* * συνάλλαγμα *uocant, ueluti emptionem, uenditionem, locationẽ, conductionem, societatem. Gestum autem rem significare sine uerbis factam.*

* Id est, mutuum factũ obligatoriũ.

PAVLVS *libro* IIII. *sententiarum.*

Lex CCXXIII.

LATAE *culpæ finis est, non intelligere id, quod omnes intelligunt. Amicos appellare omnes debemus: non leui notitia coniunctos: sed quibus fuerint iura cum patrefamiliàs honestis familiaritatis quæsita rationibus.*

VLPIA. *lib.* II. *ad legem Iuliam Papiam.*

Lex CXXX.

LEGE *obuenire hæreditatem, non impropriè quis dixerit, etiam eam, quæ ex testamento defertur: quia lege duodecim tabularum testamentariæ hæreditates confirmantur.*

PAVLVS *libro* LVI. *ad edictum.*

Lex XLVII.

LIBERATIONIS *uerbum, eandem uim habet, quam solutionis.*

CALLISTR. *libro* II. *Quæstionum.*

Lex CCXX.

LIBERORVM *appellatione, nepotes, & pronepotes, cæterique, qui ex his descendũt, cõtinẽtur. hos enim omnes liberorũ appellatione lex duodecim tabularũ comprehẽdit. Toties enim*

leges necessarium ducunt, cognationum singularũ nominibus uti, ueluti filij, nepotis, pronepotis, cæterorumve, qui ex his descendunt: quoties non omnibus qui post eos sunt, præstitum uoluerint, sed solis ijs succurrẽt, quos nominatim enumerant. At ubi non personis certis, non quibusdã gradibus præstatur, sed omnibus qui ex eodem genere orti sunt, liberorũ appellatione comprehẽduntur. Sed & Papyrius Fronto lib. III. *responsorũ ait, Prædio cum uillico, & cõtubernali eius, & filijs legato, nepotes quoq; ex filijs contineri: nisi uolũtas testatoris aliter se habeat. filij enim appellatione sæpe & nepotes accipi, multifariam placere. Diuus quoque Marcus rescripsit, non uideri sine liberis defunctũ, qui nepotem suũ heredem reliquit. Præter hæc omnia, natura nos quoq; docet, parentes pios, qui liberorum procreandorum animo & uoto uxores ducũt, filiorum appellatione omnes, qui ex nobis descendũt continere. Neque enim dulciori nomine possumus nepotes nostros, quàm filij, appellare. Etenim idcirco filios filiasve concipimus, atque edimus, ut ex prole eorũ earumve, diuturnitatis nobis memoriam in æuum relinquamus.*

VLPIANVS *libro* XXXVIII.

Lex CLXXII.

LIBERTI *appellatione, etiam libertam contineri placuit.*

MODESTINVS *lib.*VIII.*Regularum.*

Lex CIII.

LICET *capitalis, Latinè loquentibus, omnis causa existimationis uideatur: pœna tamen appellatio capitalis, mortis, uel amißionis ciuitatis, intelligenda est.*

CAIVS *lib.* XXXII.*ad edictum prouin.*

Lex LVIII.

LICET inter gesta & facta uideatur quædā esse subtilis differentia, attamen* κατaχρηστικῶς inter gestum & factum, nihil interest. Paternos libertos, rectè uidemur dicere nostros libertos: liberorum uerò nostrorum libertos, non rectè nostros libertos dicimus. * Id est, abusiue

VLPIANVS libro XXII.

Lex XXXVI.

LITIS nomen, omnem actionem significat: siue in rem, siue in personam sit.

CELSVS libro XXV. Digestorum.

Lex XCVI.

LITTVS est quousque maximus fluctus à mari peruenit: idq; Marcum Tullium aiunt, cùm arbiter esset, primum constituisse. Prædia dicimus aliquorum esse, non utique communiter habentium ea, sed uel alio aliud habente.

IABOLENVS libro XI. ex Caßio.

Lex CXII.

LITTVS publicum est eatenus, quatenus maximè fluctus exæstuat, & effluit. Idem iuris est in lacu, nisi is totus priuatus est.

VLPIANVS lib. LXVIII. ad edictum.

Lex LX.

LOCVS est non fundus, sed portio aliqua fundi. Fundus autem integrum aliquid est: & plerumq;* locum sine uilla accipimus. Cæterùm adeò opinio nostra & constitutio locum à fundo separat, ut & modicus locus poßit fundus dici, si fundi animo eum habuerimus. Nō enim magnitudo locum à fundo separat, sed nostra affectio. Et quælibet portio fundi poterit fundus dici, si iam hoc constituerimus. Necnō & fundus, locus constitui nō potest. Nam si eum alij adiunxerimus fundo, locus fundi efficietur. Loci ap- *fundum

 pellationem

pellationem non solùm ad rustica, uerùm ad urbana quoq; prædia pertinere, Labeo scribit, sed fundus quidem suos habet fines: locus uerò latere potest, quatenus determinetur & definiatur.

PAVLVS *libro* I. *Manualium.*

Lex CCXXVI.

MAGNA *negligentia, culpa est: magna culpa, dolus est.*

LICINIVS *libro* X. *Regularium.*

Lex CLVI.

MAIORE *parte anni possedisse quis intelligitur, etiam si duobus mensibus possederit: si modò aduersarius eius aut pautioribus diebus, aut nullis possederit.*

IABOLENVS *libro* II. *ex poster. Labeo.*

Lex CCXLII.

MALVM, *nauis esse partem: artemonem autem non esse, Labeo ait. & uerius est: quia pleraq; naues sine malo inutiles essent: ideoque pars nauis habetur: artemon autem magis additamentum, quàm pars nauis est. Inter proiectũ & immissum, hoc interesse Labeo ait, quòd proiectũ esset id, quod ita proueheretur, ut nusquã requiesceret: qualia Mœniana & Suggrundia essent. Immissum autem, quòd ita fieret ut aliquo loco requiesceret ueluti tigna, trabesq; quæ immitterentur. Plumbum autem quod pro tegulis poneretur, ædificij esse, ait Labeo: sed id quod* ὑπαιτρίυ *tegendi causa poneretur, cõtra esse. Viduam non solùm eam, quæ aliquando nupta fuisset: sed eam quoque mulierem, quæ uirũ non habuisset, appellari, ait Labeo: quia uidua sic dicta est, quasi uecors, uesanus qui sine corde aut sine sanitate esset similiter uiduam esse dictam quasi sine duitate. Structuram loci alicu-*

ius

*i. spatii quod sub dio expositum est.

ius ex tabulis factam, quæ æstate tollerentur, & hyeme reponerentur, ædium esse ait Labeo: quoniam perpetuo usui parata esset neque ad rem pertinere, quod interim tollerentur.

VLPIANVS *libro* V. *ad edictum.*

Lex IX.

MARCELLVS *apud Iulianum tractans notat, uerbo, * rapuisse, & scissum, & fractum contineri, & ui raptum.* * rupisse aliàs perisse.

PAVLVS *libro* X. *ad legem Iul. Papiam.*

Lex CLIIII.

MASVRIVS *scribit libro Memorabilium, pellicē apud antiquos eam habitam, quæ cū uxor nō esset, cū aliquo tamē uiuebat, eamq; nunc nero nomine amicam, paulò honestiore, concubinam appellari.* * Caius Flaccus *in libro de iure* * *Papyriano, scribit, pellicem nunc uulgò uocari, quæ cum eo, cui uxor sit, corpus misceat: quosdam eam, quæ uxoris loco sine nuptijs in domo sit: quàm Græci* * παλλακὴν *uocant.* * Græcus. *idest, pellicē, aliàs ἑταίραν idest, amicam.

PAVLVS *libro* II. *fideicom.*

Lex XCI.

MEORVM *& tuorum appellatione, actiones quoque contineri dicendum est.*

VLPIANVS *libro* LXVI. *ad edictum.*

Lex LXVI.

MERCIS *appellatio, ad res mobiles tantùm pertinet.*

AFRICANVS *libro* IIII. *Quæstio.*

Lex CCVII.

MERCIS *appellatione, homines non contineri, Mela ait: & ob eam rem mangones, non mercatores, sed uenalitiarios appellari ait: & rectè.*

MARTIANVS *libro* I.

Lex CLIIII.

MILLE *passus non à muro urbis, sed à continentibus ædificijs numerandi sunt.*

PAVLVS *libro* XXIII.

Lex XXXII.

MINVS *solutum intelligitur, etiamsi nihil esset solutum.*

IDEM *libro* XII. *Respons.*

Lex CV.

MODESTINVS *respondit: his uerbis, libertis libertabusque meis, libertum liberta testatoris non contineri.*

IABOLENVS *libro* XIIII. *ex Caßio*

Lex CXIII.

* quicũq; MORBVS *sonticus est,* qui cuiq; rei nocet.*

CELSVS *lib.* XXIIII. *Digestorum.*

Lex XCIII.

* tamen MOVENTIVM, *item mobilium appellatione idem significamus: si* non apparet defunctum animalia duntaxat, quæ seipsa mouerent, mouentia uocasse: quod uerum est.*

CAIVS *lib.* VII. *ad edict.*

Lex XIII.

MVLIERIS *appellatione, etiam uirgo uiri potens continetur. Res abesse uidentur (ut Sabinus ait, & Pedius probat) etiam eæ, quarum corpus manet, sed forma mutata est, & ideo si corruptæ redditæ sint, uel transfiguratæ, uideri abesse: quoniam plerunque plus est in manus pretio, quàm in re. Desinere autem abesse res tunc uidetur, cùm sic redijt in potestatem, ne amittere eius possessionem poßimus ob hoc, quò furto pridem subtracta est. Abest & ea res, quæ in rebus humanis non est.*

PAVLVS *libro singul. cogni.*

Lex CCXXVIII.

MVNICIPES *intelligendi sunt & ij, qui in eodem municipio nati sunt.*

MARCIANVS *lib.* I. *Publi. iudi.*

Lex CCIIII.

MVNVS *propriè est, quod necessario subimus, lege, more, imperioue eius, qui iubendi habendi habet potestatem:* Dona *autem propriè sunt quæ nulla necessitate, iure, officio, sed sponte præstantur, quæ si non præstentur, nulla reprehensio est: & si præstentur, plerunque laus inest. Sed in summa in hoc uentum est, ut non quodcunque munus, idem donum accipiatur: at quod donum fuerit, id munus rectè dicatur.*

PAVLVS *libro* IX. Lex XVIII.

MVNVS *tribus modis dicitur: uno, donum: & inde munera dici dari mittiue. Altero onus, quod cùm remittitur, uacationem militiæ munerisque præstat. inde immunitatem appellari. Tertio, officium: unde munera militaria: & quosdam milites* munifices uocari. Igitur municipes dici, quòd munera ciuilia capiant.* * munificos.

CAIVS *libro* X. *ad legem* Iul. Papiam.

Lex CXLIX.

NAM *quem sine liberis esse dicere non possumus: hunc necesse est ut dicamus liberos habere.* Cóuenit l. non est sine.

MODESTINVS *lib.* II. *excusationum.*

Lex CIII.

Τῶν τέχνων προσηγορία καὶ ἐπὶ τοὺς ἐγγόνους ἐκτείνεται. Idest, Natorum appellatio: & ad nepotes extenditur.

VLPIANVS *libro* XLII.

Lex CLXXVII.

*id est cō mentū ca uillatoriū

NATVRA *cauillationis, quam Græci* σό-φισμα *appellauerunt, hæc est, ut ab euidente ueris per breuißimas mutationes, disputatio ad ea, quæ euidenter falsa sunt, perducatur.*

PROCVLVS *libro* I. *epistolarum.*

Lex CXXV.

NEPOS *Proculo suo salutem* Ab eo, *qui ita dotem promisit, cùm commodum erit, dotis filiæ meæ tibi erunt aurei centum: putasne protinus nuptijs factis, dotem peti posse? Quid si ita promisisset: cùm potuero, doti erunt tibi centū? Quòd si aliquā uim habeat posterior obligatio, poßit, uerbum, quomodo interpretaris? utrum ære alieno deducto, an extante?* Proculus. *Cùm dotem quis ita promisit, Cùm potuero, doti tibi erunt centū: existimo ad id quod actum est, in terpretationē esse redigendā.* Nam *qui ambiguè loquitur, id loquitur, quod ex ijs quæ significantur, sensit.* Proprius *est tamen ut eum hoc sensisse existimem, quòd deducto ære alieno potero.* Potest *& illa accipi significatio, cùm salua dignitate mea potero, quæ interpretatio magis ac cipienda est, si ita promissum est, cùm cōmodum erit, hoc est, cùm sine incommodo meo potero.*

MARCELLVS *libro* I. Digestorum.

Lex LXXXV.

NERATIVS Priscus *tres facere existimat collegium, & hoc magis sequendum est.*

CAIVS *libro* VII. *ad edictum prouinc.*

Lex XXIIII.

NIHIL *aliud est hereditas, quàm successio in uniuersum ius, quod defunctus habuit.*

VLPIAN. *libro* XV. *ad Senatusconsul.*

Lex CCLXIIII.

NOMEN *filiarum & in posthumam cadere*

quæstionis

quaestionis non est: quamuis posthumae non bene cadere in eam, quae iam in rebus humanis est, certum sit. Portionis nomen non semper dimidiam significat: sed prout adiectum est. Potest enim iubere aliquis & maximam partem par tiri: potest & uicesimam, & tertiam, & prout libuerit. sed si non fuerit portio adiecta, dimidia pars debetur. Habere, sicut peruenire, cum effectu accipiendum est.

VLPIANVS libro III. ad edictum.

Lex VI.

NOMINIS & rei appellatio ad omnem con tractum & obligationem pertinet. Verbum ex legibus, sic accipiendum est, tam ex legum sententia, quàm ex uerbis.

PAVLVS lib. VII. ad Senatuscons.

Lex CLXII.

NON est pupillus, qui in utero est.

CAIVS lib. VIII. ad le. Iul. Pap.

Lex CXLVIII.

NON est sine liberis, cui uel unus filius, una ve filia est. haec enim enuntiatio, habet liberos, non habet liberos: semper pro pluratiuo numero profertur, sicut & pugillares, & codicilli.

MODESTINVS libro VIII. Epistol.

Lex CXVII.

NON potest uideri minus soluisse is, aduersus quem amplioris summae actio non competit.

PAVLVS libro V. ad Senatuscons.

Lex CLXIX.

NON tantum in traditionibus, sed etiam in emptionibus, stipulationibus, & testamentis adiectio haec, uti optimus maximusque est, hoc significat, ut liberum praestetur praedium: Addē leg. namque.

b 5 non

non ut etiam seruitutes ei debeantur.

VLPIANVS *libro* I. *de offic. proconſ.*

Lex XCIX.

NOTIONEM *accipere debemus, & cognitionem, & iuriſdictionem.* Continentes *prouincias accipere debemus eas, quæ* Italiæ *coniunctæ ſunt: ut puta* Galliam, *ſed & prouinciam* Siciliam *magis inter continentes accipere nos oportet, quæ modico freto ab* Italia *diuiditur.* Inſtrumentorum *appellatione quæ comprehendātur, per quàm difficile erit ſeparare. Quæ enim propriè ſint inſtrumenta, propter quæ dilatio danda ſit, inde dignoſcemus, ſi in præſentiam perſonæ, quæ inſtruere poßit, dilatio petatur: puta eius qui actum geßit, licet in ſeruitute, uel qui actor fuit conſtitutus, putem uideri inſtrumentorum cauſa peti dilationem.*

CAIVS *libro* LXI. *ad edictum*

Lex L.

NVRVS *appellatio, etiam ad pronurum, & ultrà porrigenda eſt.*

VLPIANVS *libro* XXV.

Lex XXXVIII.

OSTENTVM *Labeo definit, eſſe omne contra natuam cuiuſq; rei genitum factumq;.* Duo *genera ſunt oſtentorum: unū quoties quid cōtra naturā naſcitur, tribus manibus forte, aut pedibus, aut qua alia parte corporis, quæ naturæ contraria eſt.* Alterum, *cùm quid prodigioſum uidetur, quomodo* Græci* φάσματα *uocant.*

*id eſt, prodigia.

VLPIANVS *libro* XXV. *ad edictum*

Lex XXXIII.

PALAM, *eſt coram pluribus.*

PAVLVS *libro.* IIII. *ad Senat.*

Lex CLXVIII.

Palàm

PALI & perticæ, in numerum materiæ redigendi sunt, & ideo lignorum appellatione nõ continentur.

Aelius Gallus de uerborum, quæ ad ius pertinent, significatione.

Lex CLVII.

PARIES *est, siue murus, siue maceria est. Itẽ uia est, siue semita, siue iter est.*

VLPIANVS *libro* VI. *Lex.* XXVI.

PARTVM *non esse partem rei furtiuæ. Scæuola libro* X I. *Quæstionum scribit.*

VLPIANVS *lib.* XXVII. *ad edictum.*

Lex CLXXXII.

PATERFAMILIAS *peculium habere non potest, quemadmodum nec seruus bona.* Alias, ista lex icipit liber.

VLPIANVS *libro* LXIII.

Lex. LII.

PATRONI *appellatione, & patrona continetur.*

PAVLVS *libro* X. *Respon.*

Lex CCXXI.

PAVLVS *respondit falsum tutorem eum uerè dici, qui tutor non est: siue habenti tutorem datus est; siue non sicut falsum est testamentum, quod testamentum non est: & modius iniquus, qui modius non est.*

PAVLVS *libro* II. *ad edictum.*

Lex IIII.

PECVNIAE *appellatione rem significari Proculus ait.* Annecte hic. l. rei appellati

HERMOGEN. *lib.* II. *iur. Epitom.*

Lex CCXXII.

PECVNIAE *nomine, non solùm numerata pecunia, sed omnes res tam soli, quàm mobiles & tam corpora, quàm iura continentur.*

VLPIANVS *libr.* XLVIII. *ad Senatusc.*
Lex CLXXVIII.

PECVNIAE *uerbum, non solùm numeratam pecuniam complectitur, uerùm etiam omnẽ omnino pecuniam, hoc est, omnia corpora. Nam corpora quoque pecuniæ appellatione contineri nemo est, qui** *ignoret. Hæreditas nomen iuris est, quod & accessionem, & decessionem in se recipit. Hæreditas autem uel maximè fructibus augetur. Actionis uerbũ & generale est, & speciale. Nam actio dicitur omnis, siue in personã, siue in rẽ sit petitio. Sed plerunq; actiones personales solemus dicere. Petitionis autẽ uerbo, in rem actiones significari uidentur. Persecutionis uerbo, extraordinarias persecutiones puto cõtineri, ut puta fideicõmissorum, & si quæ alia sunt, quæ nõ habent iuris ordinarij executionẽ. Hoc uerbum, debuit omnem omnino actionem comprehendere intelligitur, siue ciuilis, siue honoraria, siue fideicommissaria fuit persecutio.*

* approbet.

VLPIANVS Lex LXVI.

PENES *te, amplius est, quàm apud te. Nã apud te est, quod qualitercunq; à te tenetur: penes te est, quod quodammodo à te posidetur.*

POMPONIVS *libro* XVI.
Lex CLXXI.

PERVENISSE *à te rectè dicitur, quod per te ad alium peruenerit. ut in hæreditate à liberto per patronum filiumfamiliàs patri eius adoptiuo adquisita, responsum est.*

CAIVS *libro* VI. *ad leg.* XII. *Tabul.*
Lex CXXXVII.

PLEBS, *est cæteri ciues sine senatoribus. Detestatum, est cum testatione denuntiatum. Pignus appellatum est à pugno: quia res quæ pi*

gnori dantur, manu traduntur. Vnde etiam uideri potest uerum esse, quod quidam putant, pignus propriè rei mobilis constitui Noxæ appellatione omne delictum continetur.* *Noxiæ

CAIVS *libro* IIII.

Lex XXII.

PLVS *est in restitutione, quàm in exhibitione. Nam exhibere, est præsentiam corporis præbere: restituere, est etiam possessorem facere, fructusq; reddere: pleraque præterea restitutionis uerbo continentur.*

VLPIANVS *libro* LXVI.

Lex LIX.

PORTVS, *appellatus est conclusus locus, quò importantur merces, & inde exportantur: eaq; nihilominus statio est conclusa, atque munita. Inde angiportum dictum est.*

MARCELLVS *libro* XX. *Digestorum.*

Lex XCV.

POTEST *reliquorum appellatio, & uniuersos significare.*

PAVLVS *libro singula. ad legem Fusiam Caniniam.*

Lex CCXV.

POTESTATIS *uerbo, plura significantur: in persona magistratuum, imperium: in persona liberorum, patria potestas: in persona serui dominiũ. At cùm agimus de noxæ deditione, cùm eo, qui seruum non defendit: præsentis corporis copiam facultatemq; significamus. In lege Attinia in potestatem domini rem furtiuam uenisse uideri, si eius uendicandæ potestatem habuerit, Sabinus, & Cassius aiunt.*

VLPIANVS *libro* I. *de adult.*

Lex CCXII.

PRAEVARICATORES eos appellamus, qui causam aduersarijs suis donant: & ex parte actoris in partem rei concedunt: à uaricando enim praeuaricatores dicti sunt.

IDEM libro VIII. ad edictum

Lex XXXI.

PRATVM est in quo ad fructum percipiendum falce duntaxat opus est: ex eo dictum, quod paratum sit ad fructum capiendum.

PAVLVS libro XI. Lex XXI.

PRINCEPS bona concedendo, uidetur etiã obligationes concedere.

VLPIANVS libro LIIII.

Lex XLVI.

PRONVNTIATVM & statutum idem dici potest promiscuè. enim & pronũtiasse & statuisse solemus dicere eos, qui ius habẽt cognoscẽdi. Matrẽfamilias accipere debemus, eã quæ nõ inhonestè uiuit. Matrem enim familias à cæteris fœminis mores discernũt atque separãt. proinde nihil intererit, nupta sit, an uidua: ingenua sit an libertina, nam neque nuptiæ, neque natales matremfamilias faciunt, sed boni mores.

PAVLVS libro XLVI. ad edictum.

Lex CXCV.

PRONVNTIATIO sermonis in sexu masculino, ad utrumq; sexũ plerũque porrigitur. Familiæ appellatio qualiter accipiatur, uideamus. & quidẽ uariè accepta est. Nã & in res, et in personas deducitur. In res, ut puta in lege duodecim Tabularũ, his uerbis, Agnatus proximus familiã habeto. Ad personas autem refertur familiæ significatio, ita cũ de patrono & liberto loquitur lex familiæ: *Ex ea inquit, in eã familiam. Et hic de singularibus personis legẽ loqui.

*in ea, inquit, familia.

loqui cõstat. Familiæ appellatio refertur, & ad corporis cuiusdã significationem, quod aut iure proprio ipsorum, aut communi uniuersæ cognationis cõtinetur. Iure enim proprio familiam dicimus, plures personas quæ sunt sub unius potestate, aut natura aut iure subiectæ: ut puta patremfamilias, matremfamilias filiumfamilias, filiamfamilias, quiq; deinceps uicem eorum sequũtur: ut puta nepotes & neptes, & deinceps. Pater autẽ familias appellatur, qui in domo dominium habet, rectẽq; hoc nomine appellatur, quãuis filiam non habeat, non enim solam personam eius, sed & ius demonstramus. Denique & pupillũ patremfamilias appellamus. Et cùm paterfamilias, moritur, quotquot capita ei subiecta fuerũt, singulas familias incipiũt habere, singuli enim patrumfamiliarum nomẽ subeunt. Idemq; euenit in eo, qui emancipatus est. Nam & hic sui iuris effectus, propriam familiam habet. Cõmuni iure familiã dicimus omniũ agnatorum. Nam & si patrefamilias mortuo, singuli singulas familias habent: tamen omnes, qui sub unius potestate fuerunt, rectè eiusdem familiæ appellabuntur, qui ex eadẽ domo, & gente proditi sunt. Seruientium quoq; solemus appellare familiam: ut in edicto Prætoris ostendimus sub titulo de furtis. ubi prætor loquitur de familia, publicanorũ. sed ibi non omnes serui, sed corpus quoddam seruorũ demonstratur eius rei causa paratum: hoc est, uectigalis causa. Alia autem parte edicti omnes serui cõtinentur: ut de hominibus coactis, & ui bonorũ raptorũ. Itẽ redhibitoria, scilicet si deterior res reddatur emptoris, opera, aut familia eius: & interdicto unde ui, familia appellatio omnes seruos cõprehendit: sed

& filij

& filij cõtinentur. Item *appellatur familia plurium personarum, quæ ab eiusdem ultimi genitoris sanguine proficiscuntur: sicuti dicimus familiã* Iuliam, *quasi à fonte quodam memoriæ. Mulier autem familiæ,& caput est & finis.*

VLPIANVS *libro* LIII.

Lex XLII.

PROBRVM *&* *opprobrium,idem est.Probra quędã natura turpia sunt, quędam ciuiliter, & quasi more, ciuitatis, ut puta furtum, adulterium, natura turpe est. Enimuero tutelæ damnari, hoc non natura probrum est, sed more ciuitatis. Nec enim natura probrum est, quod potest etiam hominem idoneum incidere.*

CELSVS *libro* XII. *Digestorum.*

Lex LXXXVIII.

PROPEMODVM *tantum quisque pecuniæ relinquit,quantum ex bonis eius refici potest.*Sic *dicimus,centũ aureos eum habere, qui tantum in prædijs cæterisq; similibus rebus habeat.*Non *idem est in fundo alieno legato:quanquam is fundus hæreditaria pecunia cõparari potest.* Neque *enim quisquam eum qui pecuniã numeratam habet,habere dicet,quicquid ex ea parari potest.*

IABOLENVS *libro* V.*ex* Plautio.

Lex LXXXIII.

PROPRIE *bona dici non possunt,quæ plus incommodi,quàm commodi habent.*

VLPIANVS *libro* XXVII.*ad edictum.*

Lex CXC.

PROVINCIALES *eos accipere debemus, qui in prouincia domicilium habent: non eos qui ex prouincia oriundi sunt.*

PAVLVS *libro* VI.

Lex XCII.

PROXIMVS *est, quem nemo antecedit: supremus est, quem nemo sequitur.*

LICINIVS RVFINVS *libro* VII. *Regula.*

Lex XLV.

PROXIMI *appellatione, etiam ille continetur, qui solus est.*

PAVLVS *libro* II. *Epito.*

Lex CCIIII.

PVERI *appellatio tres significationes habet: unam, cùm omnes seruos pueros appellamus alteram, cùm puerum contrario nomine puellæ dicimus: tertiam, cùm ætatem puerilem demonstramus.*

POMPONIVS *lib. singul. de tacitis fideicom.* *Lex* CXXXIX.

PVPILLVS *est, qui cùm impubes est, desijt in patris potestate esse aut morte, aut emãcipatione. Seruorũ appellatio ex eo fluxit, quod imperatores nostri uendere captiuos, ac per hoc seruare, nec occidere solẽt. Incola est, qui in aliquã regionem domicilium suum contulit, quẽ Græci* πάροικον *appellant. Nec tantum qui in oppido morantur incolæ sunt: sed etiam qui in alicuius oppidi finibus ita agrum habent, ut intra eũ se quasi in aliquã sedem recipiant. Munus puplicum est officium priuati hominis, ex quo cõmodum ad singulos uniuersosq; ciues, remq; eorum imperio magistratus extraordinario peruenit. Aduena est, quem Græci** ἔπηλυν *appellant. De curiones quidam dictos aiunt ex eo, quod initio cùm coloniæ deducerẽtur, decima pars eorũ, qui deducerẽtur consilij publici gratia conscribi solita sit. Vrbs, ab uruo appellata est. Vruare est,* *aratro*

*id est, eũ q nouas sedes in deducẽda colonia quærit.

aratro definire & Varus ait, urvum appellari curuaturam aratri quod in urbe condenda adhiberi solet. Oppidum ab ope dicitur, quod eius rei causa mœnia sint, constituta Territorium, *est uniuersitas agrorum intra fines cuiusque ciuitatis, quod ab eo dictum quidam aiunt, quod magistratus eius loci intra eos fines terrendi, id est, summouendi ius habent.* Verbum *suum ambiguum est, utrum de toto, an de parte significet: & ideo qui iurat suum non esse, adycere debet, neque sibi commune esse.*

VLPIANVS *libro* IIII. *ad leg. Iuliam.*

Lex CXXXV.

QVAERET *aliquis, si portentosum, uel monstrosum uel debilẽ mulier ediderit, uel** *qualem uisu, uel uagitu nouum, non humanæ figuræ, sed alterius magis animalis, quàm hominis partũ: an quia enixa est, prodesse ei debeat.* Et magis *est, ut hæc quoq; parentibus prosint.* Nec enim *est quod eis imputetur, quæ qualiter potuerunt, statutis obtẽperauerunt: neque id quod fataliter accessit, matri damnum iniungere debet.*

*inæqualem.

IABOLENVS *libro* III. *Epist.*

Lex CXV.

QVAESTIO *est fundus à possessione, uel agro uel prædio quid distet.* Fundus *est omne quicquid solo tenetur.* Ager *est species fundi qui ad usum hominis comparatur.* Possessio *ab agro iuris proprietate distat. Quicquid enim apprehendimus, cuius proprietas ad nos non pertinet aut nec potest pertinere, hoc possessionẽ appellamus.* Possessio *ergo usus est: ager proprietas loci est.* Prædium *utriusque supræscriptæ rei generale nomen est. nam & ager, & possessio, huius appellationis species sunt.*

Aelio

Aelius Gallus de uerborum,quæ ad ius pertinent,significat.
Lex CLVII.

QVANTVM *ad iuris pertinet largam significationem.Paries est,&c.* Quære hanc.l.supra eo.l. paries.

PAVLVS *lib.*IIII.*Episto.Alpheni.*
Lex CCV.

QVI *fundum uendidit,pomum recepit,nuces & ficus & uuas.Duntaxat duracinas albas & purpureas, & quæ eiusdem generis essent, quas nō uini causa haberemus,quas Græci* *τρωξίμους *appellarent,receptas uideri.* *id est, edules comestabiles.

HERENNIVS *lib.*III.*ad edictum.*
Lex CXLVII.

QVI *in continentibus urbis nati sunt Romæ nati intelliguntur.*

PAVLVS *lib.*II. *ad legem Iuliam Papiam.*
Lex CXIX.

QVI *mortui nascuntur: neque nati, neque procreati uidentur, quia nunquam liberi appellari potuerunt.*

CAIVS *lib.*I.*ad edictum Pręt.urb.tit u.Qui neque sequantur neque ducantur.*
Lex XLVIII.

QVI *neque sequantur &c.* Hāc.l. habes infra eo.l.solutum.

IDEM *libro* III. *ad leg.*XII.*Tab.*
Lex CCXXXVI.

QVI *uenenum dicit adijcere debet,bonum, an malum sit. Nam & medicamenta uenena sunt, quia eo nomine omne continetur, quod adhibitum eius naturam, cui adhibitum est, mutat: cum id quod nos uenenum appellamus,Græci φάρμακον dicunt. Apud illos quoque tam medicamenta, quàm ea quæ nocent,*

hoc

hoc nomine continentur. Vnde adiectione alterius nominis distinctionem fieri, admonet & nos summus apud eos poetarum Homerus sic dicens:

Τοῖα Διὸς θυγάτηρ ἔχε φάρμακα μητιόεντα,
Ἐσθλά, τά οἱ Πολύδαμνα πόρε Θῶνος παράκοιτις.
Αἰγυπτίη, τῇ πλεῖστα φέρει ζείδωρος ἄρουρα
Φάρμακα, πολλὰ μὲν ἐσθλὰ μεμιγμένα πολλὰ δὲ λυγρά. *hoc est,*

Tyndaris hæc habuit summo Ioue nata venena,
Quæ Polydāna dedit cōiunx Aegyptia Thonis
Commoda, consulte medica composita sub arte:
Multa legens Pharia solers tellure venena
Noxia permixtim carpens quoque commoda multa.

Glandis appellatione omnis fructus continetur ut Iabolenus ait exemplo Græci sermonis, apud quos omnes arborum species ἀκρόδρυα appellantur.*

*Id est, fructus arborum.

VLPIANVS *libro* XXVII. *ad S.C.*

Lex XC.

QVI *vti optimæ maximæq; sunt ædes, tradit: non hoc dicit, seruitutem illis deberi: sed illud solùm, ipsas ædes liberas esse: hoc est, nulli seruire.*

PAVLVS *libro* LVIII.

Lex LVII.

QVIBVS *præcipua cura rerum incumbit: & qui magis, quàm cæteri diligentiam & solicitudinem rebus, quibus præsunt, debent: hi magistri appellantur, quinetiam & ipsi magistratus per deriuationem à magistris cognominantur.*

uantur. Vnde etiam cuiuslibet disciplinæ præceptores, magistros appellamus, à monendo, uel monstrando. Persequi *uidetur, & qui satis accepit.*

CELSVS *libro* V. *Digestorum.*

Lex LXXXVI.

QVID *aliud sunt iura prædiorum, quàm prædia, qualiter se habentia: ut bonitas, salubritas, amplitudo?*

MODESTINVS *libro* VII. *Epistol.*

Lex CXVI.

QVISQVIS *mihi alius filius, filiáve, hæres sit. his uerbis* Labeo *ait non uideri filiam contineri.* Proculus *contra. Mihi* Labeo *uidetur uerborum figuram sequi:* Proculus *mentem testantis. Respondi:* Non *dubito, quin* Labeonis *sententia uera non sit.*

CAIVS *libro* II. *ad leg.* XII. *Tab.*

Lex CCXXXIIII.

QVOS *nos hostes appellamus, eos ueteres perduelles appellabant, per eam adiectionem indicantes, cum quibus bellum esset.* Locuples *est, qui satis & idoneè habet pro magnitudine rei quã actor restituendam esse petit.* Verbum, *uiuere, quidam putant ad cibum pertinere.* Sed Offilius *ad* Atticum. *ait his uerbis, & uestimenta, & stramenta contineri. sine his enim uiuere neminem posse.*

PAVLVS *lib singula. ad* S. C. *Tertullianum.*

Lex CCXXXI.

QVOD *dicimus eum qui nasci speratur, pro superstite esse: tunc uerum est, cum de ipsius iure quæritur, alijs autem non prodest nisi natus sit.*

Pau-

PAVLVS *libro* XXI.

Lex XXV.

RECTE *dicimus eum fundum totum nostrum esse, etiam cuius usus fructus alienus est: quia usus fructus non dominij pars, sed seruitus, est, ut uia, & iter. Nec falso dicitur meum esse: cuius non potest ulla pars dici alterius esse.* Hoc & Iulianus *ait, & est uerius. Quintus Mutius ait, partis appellatione rem pro indiuiso significari, nam quod pro diuiso nostrum sit, id nō partem, sed totum esse. Seruius non ineleganter partis appellatione utrunque significari.*

IDEM *libro* V. Lex V.

REI *appellatio latior est, quàm pecuniæ quia etiam ea, quæ extra computationem patrimonij nostri sunt, continet, quum pecuniæ significatio ad ea referatur, quæ in patrimonio nostro sunt. Opere legato uel conducto, his uerbis significari* Labeo *ait id opus quod Græci** ἀποτέλεσμα *non** ἔργων *uocãt, id est, ex opere facto corpus aliquod perfectum.*

*id est, perfectum. *id est, opus.

VLPIANVS *libro* XIIII.

Lex XXIII.

REI *appellatione, & causæ, & iura continentur.*

PAVLVS *libro* XIIII.

Lex XXXV.

RESTITVERE *autem is intelligitur, qui simul & rem & causam actori reddit, quam is habiturus esset, si statim iudicij accepti tempore res ei reddita fuisset: id est, usucapionis causam, & fructuum.*

PAVLVS *ad edictum ædil. curul.*

Lex LXXV.

RESTITVERE *uidetur is, qui restituit qđ habi-*

habiturus esset actor, si controuersia facta non esset.

PAVLVS *libro* I. *ad edictum.*

Lex LIII.

SAEPE *ita comparatum est, ut coniuncta pro disiunctis accipiantur, & desiuncta pro coniunctis: interdum & soluta pro separatis. Nam cum dicitur apud ueteres, agnatorum gentiliumq́;, quæ pro separatione accipitur. At cum dicitur, super*pecunia tutelave sua, tutor separatim sine pecunia dari non potest. Et cùm dicimus, Quod dedi aut donaui utraque continemus. Cùm uerò dicimus, Quod eum dare facere oportet: quoduis eorũ sufficit probare. Cùm uerò dicit prætor, si donum, munus, operas redemerit: si omnia imposita sunt certum est omnia redimenda esse. Ex re ergo pro coniunctis habentur: & si quædam imposita sunt, cætera non desiderabũtur. Item dubitatum est, illa uerba, ope, & consilio, quemadmodum accipienda sunt: utrum ex sententia: coniungentium, an separantium. Sed uerius est, quod & Labeo ait, separatim accipiẽda, quia aliud factum est eius, qui ope, aliud eius, qui consilio furtum facit. Sic enim alij condici potest, alij non potest. Et sanè post ueterum authoritatem eo peruentum est, ut nemo ope uideatur fecisse, nisi & consilium malignum habuerit: nec consilium habuisse nocendi nisi & factum secutum fuerit.*

*pecuniæ tutelæve suæ.

PAVLVS *libro* LXV *Lex* LXI.

SATISDATIONIS *appellatione interdũ etiã repromißio continebitur, qua cõtentus fuit is, cui satisdatio debebatur.*

SCAEVOLA *libro* XVIII. *Digestorum.*

Lex CCXLIII.

Sceuola

*receptũ, SCAEVOLA *respondit:Semper*acceptum est,ut libertorum appellatione etiam ij contineri intelligantur,qui eodem testamento,uel posteriore loco manumitterentur:nisi manifestè is, à quo peteretur, contra defuncti uoluntatem doceret peti.*

PAVLVS *libro* LXXVII.

Lex LXX.

SCIENDVM *est hæredem etiam per multas successiones accipi. Nam in paucis speciebus hæredis appellatio proximũ continet, ueluti in substitutione impuberis. Quisquis mihi hæres erit,idem filio meo hæres esto: ubi hæredis hæres non continetur, quia incertus est Item in lege Aelia Sentia,filius hæres proximus potest libertum patern ut ingratum accusare, non etiam si hæredi hæres extiterit. Idem dicitur in operarum exactione,ut filius hæres exigere poßit,non ex succeßione effectus. Verba hæc, is ad quem ea res pertinet sic intelliguntur, ut qui in uniuersum dominium, uel iure ciuili, uel iure prætorio succedit,contineatur.*

MODESTINVS *libro* VI.*Pandect.*

Lex CIX.

SEQVESTER *dicitur,apud quem plures eã dem rem,de qua controuersia est,deposuerunt:dictus ab eo, quod occurrenti aut quasi sequenti eos, qui contendunt committitur.*

CAIVS *libro* VIII.*ad leg.*Iul.*Pap.*

Lex CL.

SI *ita à te stipulatus fuero, quanto minus à* Titio *consecutus fuero,tantum dare spondes?non solet dubitari,quin si nihil à* Titio *fuero consecutus,totum debeas quod* Titius *debuerit.*

Idem

IDEM *libro* XI. *ad leg.* XII.*Tab.*

Lex CCXXXIII.

SI* *calumnietur, & moretur, & frustretur, Inde & calumniatores appellati sunt, qui per fraudem & frustratione alios uexarent litibus, inde & cauillatio dicta est. Post caledas Ianuarias, die tertio pro salute principis uota suscipiuntur. Telu uulgo quide id appellatur, quod ab arcu mittitur: sed nuc omne significatur qd mitti e manu. Itaq; sequitur, ut lapis, & lignum, & ferrum hoc nomine contineatur: dictum ab eo quod in longinquu mittatur* ἀπὸ τοῦ τηλοῦ, Graeca uoce figuratu. Nam & hanc significationem inuenire possumus & in Graeco nomine. Na quod nos telum appellamus, illi* βέλος appellat, eoq; nomine uulgo quidem id significatur quod ab arcu mittitur. sed non minus omne significatur quod mittitur manu* ἀπὸ τοῦ βάλλεσθαι. & id quod ab arcu mittitur, apud Graecos quidem proprio nomine* τόξευμα uocatur: apud nos autem communi nomine telum appellatur.*

*alias cauilletus

*i. ab eo quod est longè.

*i. missile telum.

*i. ab emittendo

*i. sagitta

PROCVLVS *libro* VI. *Epistolarum.*

Lex CXXVI.

SI *cum fundum tibi darem, legem ita dixi, Vti optimus maximusque est. & adieci, Ius fundi deterius factum non esse: per dominum praestabitur, amplius eo praestabitur nihil. Etiam si prior pars, qua scriptum est, Vti optimus maximusq; est, liberum esse significat, eoq; si posterior pars adiecta non esset, liberum praestare debere: tamen inferiore parte satis me liberatum puto, quod ad iura attinet, ne quid aliud praestare debeam, quàm ius fundi per dominum deterius factum non esse.*

PAVLVS lib. XI. ad edictum ædil. curul.

Lex LXXIII.

SIGNATORIVS annulus, ornamenti appellatione non continetur.

*Paulus. *CAIVS libro VII.

Lex XXX.

SYLVA cadua est, ut quidā putant, quæ in hoc habetur, ut cæderetur. Seruius eam esse, quæ succisa rursus ex stirpibus aut radicibus renascatur. Stipula illecta, sunt spicæ in messe deiectæ, nedū lectæ: quas rustici cū uacauerint, colligūt. Noualis est terra proscissa, quæ anno cessat: quā Græci *νέατον uocant integra autē est, in quā nondū dominus pascēdi gratia pecus immisit. Glans caduca est, quæ ex arbore cecidit. Pascua sylua est, quæ pascuis pecudū destinata est.

*id est, nonalem agrum.

LABEO lib. IIII. *πιθανῶν ex Pauli epistola CCXLIIII.

*id est, verisimiliū.

SI qua pœna est, mulcta est: si qua mulcta est, pœna est. Paulus. Vtrunque eorum falsum est. nanque harum rerum dißimilitudo ex hoc quoq; apparet, quòd de pœna prouocatio nō est. Simulatque enim uictus quis est: eius maleficij cuius pœna est statuta, statim ea debetur at mulctæ prouocatio est: nec antè debetur, quàm aut non est prouocatum, aut prouocator uictus est: nec aliter quàm si is dixit, cui dicere licet. Ex hoc quoque earum rerum dißimilitudo apparere poterit, quia certa pœna singulorum peccatorum sunt: mulcta contrà: quia eius iudicis potestas est quantum dicat: nisi cùm lege constitutum est, quantam dicat.

VLPIANVS libro IIII. ad legem Iul. Papiam. Lex CXXXIII.

SI quis dixerit, uti intra diem mortis eius aliquid

aliquid fiat: ipse quoque dies, quo quis mortuus est, numeratur.

*VLPIANVS lib. IX. ad edict. * Caius.

Lex XII.

SI cui ex empto, uel ex locato uel ex alio ullo contractu debetur: sed & si ex delicto debeatur: mihi uidetur posse creditoris loco accipi. quòd si ex populari causa ante litis contestationem, rectè dicetur creditoris loco non esse. Minus soluit qui tardius soluit: nam & tempore minus soluitur.

TERENT. CLEMENS libro II.

Lex CXLVI.

SOCERI & socrus appellatione, auum quoque, & auiam uxoris, uel mariti contineri, respondetur.

IABOLENVS lib. XV. Lex CXIIII.

SOLVENDO esse nemo intelligitur, nisi qui solidum potest soluere.

VLPIANVS libro XLV.

Lex CLXXVI.

SOLVTIONIS uerbo satisfactionem quoque omnem accipiendam placet. Soluere dicimus eum, qui id facit quod facere promisit.

CAIVS lib. I. ad edictum præt. urb tit. Qui neque sequantur, neque ducantur.

Lex XLVIII.

SOLVTVM non intelligimus eum, qui licet uinculis leuatus sit, manibus tamen tenetur: ac ne eum quidem intelligimus solutũ, qui sine uinculis in publico seruatur.

VLPIANVS ad legem Iul. Papiam.

Lex CXXVIII.

SPADONVM generalis appellatio est: quo nomine tam ij qui natura spadones sunt, quam

thlibiæ & thlasiæ, sed & si quod aliud genus spadonum est, continetur.

IDEM *lib.* II. *de officio. procon.*

Lex C.

SPECIOSAS *personas accipere debemus, clarißimas personas utriusque sexus: item eorum qui ornamentis senatorijs utuntur.*

PAVLVS *lib.* II. *ad edictum.*

Lex VII.

SPONSIO *appellatur, non solum, quæ per sponsi interrogationem fit: sed omnis stipulatio promißioque.*

POMPONIVS *lib.* X. *epistolarum.*

Lex CCXLV.

STATVAE *affixæ basibus structilibus, aut tabulæ religatæ catenis, aut erga parietem affixæ, aut similiter q̃ cohærent lignis,*non sunt ædium. Ornatus enim ædium causa parantur, non quo ædes perficiantur. Item Labeo ait, prothyron quod in ædibus interdum fieri solet, ædium est.*

*Lychnis alias: tignis.

PAVLVS *libro* LII.

Lex XXXIX.

SVBSIGNATVM *dicitur quod ab aliquo subscriptum est: nam ueteres subsignationis uerbo pro adscriptione uti solebant. Bona intelliguntur cuiusque, quæ deducto ære alieno supersunt. Attestari est etiam absenti denuntiare. Incertus possessor est, quem ignoramus.*

VLPIANVS *lib.* XXVIII. *ad edictum.*

Lex CLXXXIII.

TABERNAE *appellatio declarat omne utile ad habitandum ædificium: nempe ex eo quòd tabulis claudatur.*

Adde l. tabernæ. & l. ii. structam.

Paulus

PAVLVS *libro* II. *ad legem Iuliam.*

Lex CXXXVII.

TER *enixa uidetur, etiam quæ tergeminos peperit.*

CAIVS *lib.*XXVII. *ad edictum prouin.*

Lex LXII.

TIGNI *appellatione in lege duodecim Tabularum, omne genus materiæ, ex qua ædificia constant, significatur.*

PAVLVS *lib.*V. *Singul.de tacit. fideicom.*

Lex CCXXIX.

TRANSACTA *finitave intelligere debemus, non solùm de quibus controuersia fuerit, sed etiam quæ sine controuersia sunt possessa.*

*VLPIANVS *lib.*VI.*ad leg.Iul.Papiam.* Addel.vt sunt.

Lex CXLII. *Paulus.

TRIPLICI *modo coniunctos intelligimus. Aut enim re per se coniunctio contingit, aut re & uerbis, aut uerbis tantùm. Nec dubium est quin coniuncti sint, quos & nominum & rei complexus iungit: ueluti, Titius & Mæuius ex parte dimidia hæredes sunto: uel, Titius Mæuiusque hæredes sunto: uel ita, Titius cum Mæuio ex parte dimidia hæredes sunto. Videamus autem, ne etiam si hos articulos detrahas, &, que, cum interdum tamen coniunctos accipi oporteat: uelut i, Lucius Titius, Publius Mæuius, hæredes sunto ex parte dimidia: uel ita, Publius Mæuius, Lucius Titius, hæredes sunto: Sempronius ex parte dimidia hæres esto: ut Titius & Mæuius ueniant in partem dimidiam, & re, & uerbis coniuncti uideantur. Lucius Titius ex parte dimidias hæres esto: Seius ex parte, qui Lucium Titium hæredem institui, hæres esto. Sempronius ex parte dimidia hæres*

esto. Iulianus dubitare posse ait, an tres semisses facti sint: an Titius in eundem semissem cum Caio Seio institutus est. Sed eo quòd Sempronius quoq; ex parte dimidia scriptus est, uerisimilius est in eundem semissem duos coactos, & coniunctim hæredes scriptos esse.

POMPONIVS *libro* XXX.

Lex CLXXX.

TVGVRII *appellatione omne ædificiũ quod rusticæ rei magis custodiendæ conuenit, quàm quod urbanis ædibus significatur. Offilius ait tugurium à * tegendo tanquam tegurium esse dictum: ut toga, quòd ea tegamur.*

*recto, tã quam tegulariũ.

IDEM *libro* V. *ad Senatusconf.*

Lex CXLV.

VENISSE *ad hæredem nihil intelligitur, nisi deducto ære alieno.*

PAVLVS *libro* XIIII. *ad Plaut.*

Lex LXXXII.

VERBVM *amplius, ad eum quoq; pertinet, cui nihil debetur: sicuti ex contrario minus solutum uidetur, etiamsi nihil esset exactum.*

POMPONIVS *lib.* XXVI. *ad Quintũ Mu.*

Lex CXXIII.

V ERBVM, *erit, interdũm etiã præteritũ, nec solum futurum tempus demõstrat, quod, est nobis necessarium scire. ut cùm codicilli ita confirmati testamento fuerint; Quod in codicillis scriptum erit, utrumne futuri temporis demonstratio fiat, an etiã præteriti, si ante scriptos codicillos quis relinquat. Quod quidem ex uoluntate scribentis interpretandum est. Quemadmodum autem hoc uerbum, est, non solùm præsens, sed & præteritum tempus significat, ita & hoc uerbum, erit, non solùm futurum sed interdum*

terdum etiam præteritum tempus demonstrat. Nam cùm dicimus, Lucius Titius solutus est ab obligatione, & præteritum, & præsens tempus significamus: sicut hic, Lucius Titius obligatus est. Et idem erit cùm ita loquimur, Troia capta est. non enim ad præsentis facti demonstrationem refertur is sermo: sed ad præteritum.

VLPIANVS *libro* XXX.

Lex CLXXXVII.

VERBVM, *exactæ pecuniæ, non solùm ad solutionem referendum est, uerumetiam ad delegationem.*

PAPINIANVS *libro* XXXVII. *Quæst.*

Lex CCXVIII.

VERBVM, *facere, omnem omnino faciendi causam complectitur; dandi, soluendi, numerandi, iudicandi, ambulandi.*

VLPIANVS *libro* I. *ad edictum.*

Lex I.

VERBVM *hoc, si quis tam masculos, quam fœminas complectitur.*

POMPONIVS *libro* XXXIX.

Lex CXXXI.

VERBVM *illud, pertinere, latissimè patet, nam & ijs rebus petendis aptum est, quæ domini nostri sunt, & ijs quas iure aliquo possidemus, quamuis nostri domini non sunt. Pertinere ad nos, etiam ea dicimus, quæ in nulla eorum causa sunt, sed esse possunt.*

PAVLVS *libro* IIII. *ad edictum.*

Lex VIII.

VERBVM, *oportebit, tam præsens, quàm futurum tempus significat. Actionis uerbo, non continetur exceptio.*

PAVLVS *libro* XXVI.

Lex XXXVII.

VERBVM, *oportere, non ad facultatem iudicis pertinet, qui potest uel pluris uel minoris condemnare, sed ad ueritatem refertur.*

CELSVS *libro* XX. *Digestorum.*

Lex XCIIII.

VERBVM, *reddendi, quanquam significatum habeat retro dandi: recepit tamen & per se dandi significationem.*

VLPIANVS *libro* LVIII.

Lex XLIII.

VERBO, *uictus, continentur quæ esui & potui, cultuique corporis, quæque ad uiuendum homini necessaria sunt. Vestem quoque, uictus habere uicem,* Labeo *ait.*

IDEM *libro* XII.

Lex XX.

VERBA, *contraxerunt, gesserunt: non pertinent ad testandi ius.*

POMPONIVS *libro* V.

Lex CXX.

VERBIS *legis duodecim Tabularum his, Vti quisq; legasset, suæ res ita ius esto. latissima potestas tributa uidetur, & heredes instituendi, & legata, & libertates dandi, tutelas quoque constituendi: sed interpretatione coangustatum est, uel legum authoritate, uel iura constituentium.*

VLPIANVS *libro* I. *ad legem Aeliam. Sentiam.*

Lex CCXVI.

VERVM *est eum, qui in carcere clausus est, non uideri, neque uinctum neque in uinculis esse, nisi corpori eius uincula sint adhibita.*

Paulus

PAVLVS *libro* II. *Manualium.*

Lex CXXVIII.

VESTIS *appellatione tam uirilis, quàm muliebris, & scenica, etiamsi tragica, aut citharœdica sit, continetur.*

*PAVLVS *libro* VI. *ex* Minutio. *Vlpian*

Lex CCVI.

VINARIA *uasa propriè uasa torcularia esse placet: dolia autem & serias tandiu in ea causa esse, quandiu uinũ haberẽt, cùm sine uino esse cœperint, desinere in eo numero esse, quoniã ad alium usum transferri possunt: ueluti si frumentum in his addatur, eandem causam amphorarum esse, ut cùm uinum habeant, tunc in uasis uinarijs: cùm inanes sint, tunc extra numerũ uinariorum sint: quia aliud in his condi poßit.*

VENVLEIVS *libro* VIII. *Stipul.*

Lex CCXXIIII.

VINCVLORVM *appellatione, uel priuata, uel publica uincula significantur, custodiæ uerò tantum publica custodia.*

VLPIANVS *libro* X. Lex CXLV.

VIRILIS *appellatione, interdum etiam totam hæreditatem contineri dicendum est.*

POMPONIVS *libro* VI. Lex CLXVI.

VRBANA *familia, & rustica, non loco, sed genere distinguitur. Potest enim aliquis dispensator non esse urbanorum seruorũ numero: uelu ti is, qui rusticarũ rerum rationes dispenset, ibique habitet: & nõ multum abest à uillico. Insularius autem urbanorum numero est. Videndum tamen est, ipse dominus, quorum loco quenque habuerit: quod ex numero familiæ, & uicarijs apparebit. Pernoctare extra urbem intelligendus est, qui nulla parte noctis in urbe est:*

per enim totam noctem significat.

VLPIANVS *libro* II. *de omnibus tribunalibus.* Lex CXCVIII.

VRBANA *prædia, omnia ædificia accipimus non solùm ea, quæ sunt in oppidis: sed & si fortè stabula sunt uel alia meritoria in uillis, et in uicis, uel prætoria uoluptati tantum deseruientia: quia urbanum prædium non locus facit, sed materia. Proinde hortos quoque: si qui sunt in ædificijs constituti, dicendum est urbanorum appellatione contineri. Planè si plurium horti in reditu sunt, uineary forte uel etiam holitory magis hæc non sunt urbana.*

PAVLVS *lib.* I. *ad edictum* Lex II.

VRBIS *appellatio muris: Romæ autem continentibus ædificijs finitur: quod latius patet. Cuiusque diei maior pars est horarum septem primarum diei: non supremarum.*

POMPONIVS *libro* VI. Lex CXXI.

VSVRA *pecuniæ, quam percipimus, in fructu non est, quia non ex ipso corpore, sed ex alia causa est, id est noua obligatione.*

MARCEL. *lib.* V. *Digest.* Lex LXXXXVII.

VT *Alphenus* ait, Vrbs est Roma, quæ muro cingitur.* Roma *est etiam quantum continentia ædificia essent.* Nam Romam *non muro tenus existimari, ex consuetudine quotidiana posse intelligi cum diceremus* Romam *nō ire etiam si extra urbem habitaremus.*

* Alphenus ait, urbē esse Romam qua muro cingeretur. Romam ēt qua incōtinenti ædificia &c. Addē lege trāsacta.

PAVLVS *libro singula. Senatusconsult. Orficiani.* Lex. CCXXV.


VT *sunt iudicio terminata, transactione composita, longioris temporis silentio finita.*

DE REGVLIS IVRIS.

TITVLVS XVII.

Libri L. Pandectarum, per ordinem Alphabeti.

VLPIANVS Lex CLXXXIII.



BSENTIA *eius qui reipublicæ causa abest, neque ei, neque alij damnosa esse debet*.

PAPINIANVS. Lex LXXXVIII.

ACTVS *legitimi, qui non recipiunt diẽ uel conditionem. ueluti emancipatio, acceptilatio, hæreditatis aditio, serui optio, datio tutoris, in totum uitiantur per temporis uel cõditionis adiectionem*. Nonnunquam tamen *actus suprascripti tacitè recipiũt, quæ apertè comprehensa uitium afferunt. Nã si acceptum feratur ei qui sub cõditione promisit: ita demũ egisse aliquid acceptilatio intelligit, si obligationis cõditio extiterit. Qđ si uerbis nominatim acceptilationis comprehendatur, nullius momenti faciet actum.*

VLPIANVS Lex CXCIX.

AD *ea, quæ non habent atrocitatem facinoris, uel sceleris, in his ignoscitur seruis: si uel dominis, uel ijs, qui uice dominorum sunt, ueluti tutoribus & curatoribus, obtemperauerint. Semper qui dolo fecit, quo minus haberet:*

pro eo est habendus ac si haberet. In contractibus successores ex dolo eorũ, quibus successerũt, non tantùm in id quod ad eos peruenit, uerum etiam in solidũ tenentur: hoc est,*ut unusquisq; pro ea parte qua heres est,* conueniatur.*

*Alii non habẽthas tres particulas, ad eos: vt cõueniatur.

IDEM. Lex CXXI.

ALIVD *est uendere, aliud est uendenti consentire. Refertur ad uniuersos quod publicè fit per maiorem partem. Absurdum est plus iuris habere eum cui legatus sit fundus, quàm heredem, aut ipsum testatorem, si uiueret.*

PAVLVS Lex L.

ALTERIVS *circumuentio, alij non prabet actionem.*

CAIVS Lex LVIII.

BONA *fides non patitur, ut bis idem exigatur.*

PAVLVS Lex CLXXIX.

BONA *fides tantùm poßidenti prastat, quantum ueritas quoties lex impedimento non est.*

VLPIANVS Lex CXXIX.

CAPIENDA *occasio est, quæ prabet benignius responsum. Quod factum est: cùm in obscuro sit ex affectione cuiusque capit interpretationem.*

IDEM Lex XLVIII.

CONSILII *non fraudulenti nulla obligatio est. Caterùm si dolus, & calliditas intercesserit, de dolo actio competit. Socij mei socius, meus socius non est.*

IDEM Lex XXIIII.

CONTRACTVS *quidam dolum malum duntaxat recipiunt: quidam & dolum & culpam. Dolum tantùm, depositum & precarium*

dolum

dolum & culpam, mandatũ, commodatũ, uenditum, pignori, acceptum, locatum: item dotis datio, tutelæ, negotia gesta. In his quidẽ & diligentia. Sed & societas, & rerum communio, & dolum, & culpã recipit. Sed hæc ita, nisi si quid nominatim conuenit, uel plus, uel minus in singulis contractibus. nam hoc seruabitur, quod initio conuenit. legem enim contractui dedit, excepto eo, quod Celsus putat, non ualere, si conuenerit ne dolus præstetur. Hoc enim bonæ fidei iudicio contrarium est: & ita utimur. Animalium uerò casus, mortesq; quæ sine culpa accidunt: fugæ seruorum, qui custodiri non solent: rapinæ, tumultus, incendia, aquarum magnitudines, impetus prædonum, à nullo præstantur.

CAIVS Lex CXIX.

CREDITOR *qui permittit rem uenire, pignus dimittit.*

PAVLVS Lex CXC.

CVIVS *effectus omnibus prodest, eius et partes ad omnes pertinent.*

PAVLVS Lex LIIII.

CVIVS *per errorem dati repetitio est: eius consultò dati donatio est.*

VLPIANVS Lex CXXIIII.

CVI *ius est donandi, eidem & uendendi, et concedendi ius est.*

IDEM Lex XXXVII.

CVLPA *caret, qui scit, sed prohibere non potest.*

POMPONIVS Lex LI.

CVLPA *est immiscere se rei ad se non pertinenti.*

PAVLVS Lex LXXXV.

CVM *amplius solutũ est, quam debebatur:*

cuius

cuius pars non inuenitur, quæ repeti poßit, totum esse indebitum intelligitur: manente pristina obligatione. Is natura debet, quem iure gentium dare oportet, cuius fidem secuti sumus.

VLPIANVS Lex CXCVI.

CVM *par delictum est duorum, semper oneratur petitor: & melior habetur possessoris causa: sicut fit, cùm de dolo excipitur petitoris. neque enim datur talis replicatio petitori*. Si nō rei quoque in ea re dolo actum sit. Illi debet permitti pœnam petere, qui in ipsam non incidit.*

*alias aut si rei, vel, aut si nō rei.

PAVLVS Lex CLXX.

CVM *prætor in hæredem dat actionem, quatenus ad eum peruenit: sufficit si uel momento ad eum peruenit ex dolo defuncti.*

IDEM Lex CXXXIX.

CVM *principalis causa nō cōsistit plerunque, nec ea quidem, quæ sequuntur locum habent.*

VLPIANVS Lex CXXVI.

CVM *quis poßit alienare poterit: & cōsentire alienationi. Cui autem donare non conceditur, probandum erit, nec si donationis causa consenserit, ratam eius uoluntatem habendam.*

CAIVS Lex CVIII.

CVM *seruis nulla actio est.*

PAVLVS Lex XVII.

CVM *tempus in testamento adijcitur, credendum est pro hærede adiectum, nisi alia mens fuerit testatoris: si ut in stipulationibus, promissoris gratia tempus adijcitur.*

VLPIANVS Lex XXIX.

DIVVS *Pius rescripsit, eos qui ex liberalitate sua conueniuntur, in id quod facere possunt condemnandos.*

Idem

IDEM Lex LXII.

DOMVM *suã reficere unicuiq; licet: dum non officiat inuito alteri in quo ius non habet.*

PAPINIANVS Lex LXXXIII.

DONARI *uidetur quod nullo iure cogente conceditur.*

IVLIANVS Lex LXVI.

EA *est natura cauillationis, quã Græci σώ-φισμα appellant. ut ab euidenter ueris, per breuißimas mutationes disputatio ad ea, quæ euidenter falsa sunt, perducatur.* *id est cõmentũ cauillatorũ

VLPIANVS Lex CLXXVIII.

EA *quæ ad dandum impoßibilia sunt, uel quæ in rerum natura non sunt, pro non adiectis habentur.*

IVLIANVS Lex LXV.

EA *quæ rarò accidunt: non temere in agendis negotijs computantur.*

MARCELLVS Lex CLII.

EA *quæ in partes diuidi non possunt: solida à singulis hæredibus debentur. In re dubia benigniorem interpretationem sequi, non minus iustius est, quàm tutius.*

HERMOGENES Lex XCVIII.

EA *sola deportationis sententia aufert, quæ ad fiscum perueniunt.*

PAVLVS Lex III.

EIVS *est nolle, qui potest & uelle.*

MARCELLVS Lex CXLIIII.

ET *si nihil facile mutandum est ex solennibus: tamen ubi æquitas euidens exposcit subueniendum est.*

VLPIANVS Lex LIX.

EX *pœnalibus causis non solet actio in patrem de peculio dari.*

Idem.

IDEM Lex CXCII.

EX *qua persona quis lucrum capit, eius factum præstare debet.*

MODESTINVS Lex CL.

EXPRESSA *nocent, nõ expressa non nocẽt.*

VLPIANVS Lex CXXXII.

FACTVM *a iudice, quod ad officiũ eius nõ pertinet, ratum non est.*

PAVLVS Lex CXCVII.

FACTVM *cuiq; suũ nõ aduersario suo nocere debet. Non uidetur uim facere, qui iure suo utitur, & ordinaria actione experitur. In pœnalibus causis benigniusinterpretandum est.*

CAIVS Lex CLVIII.

FAVORABILIORES *rei potius, quàm actores habentur.*

PAVLVS Lex CIX.

FERE *in omnibus pænalibus iudicijs, et ætati, & imprudentiæ succurritur.*

PAVLVS Lex CXCVI.

FERE *quibuscunque modis obligamur, ijsdem in cõtrarium actis liberamur, quũ quibus modis adquirimus ijsdẽ in cõtrariũ actis amittamus. Vt igitur nulla possessio acquiri nisi animo & corpore potest: ita nulla amittitur, nisi in qua utrunque in contrarium actum est.*

METIANVS Lex XCIIII.

FILIVSFAMILIAS *neque retinere, neq; recuperare, neque adipisci possessionem rei peculiaris uidetur.*

VLPIANVS Lex II.

FOEMINAE *ab omnibus officiis ciuilibus uel publicis remotæ sunt, & ideo nec iudices esse possunt, nec magistratũ gerere, nec postulare nec pro alio interuenire, nec *procuratrices existere*

* curatores.

ſtere. Item impuberes omnibus officijs ciuilibus debent abſtinere.

PAPINIANVS Lex LXXX.

FRAVDIS *interpretatio ſemper in iure ciuili non ex euentu duntaxat, ſed ex conſilio quoque* conſideratur.* *deſideratur.

IABOLENVS Lex LXXII.

FRVCTVS *rei eſt, uel pignori dare licere.*

POMPONIVS Lex XLI.

FVRIOSI *, uel eius cui bonis interdicitur, nulla uoluntas eſt.*

PAPINIANVS.

Lex LXXIX.

GENERALITER *cùm de fraude diſputatur, non quid habeat actor, ſed quid per aduerſarium habere non potuit, conſiderandum eſt.*

VLPIANVS Lex LX.

HAEREDEM *eiuſdem poteſtatis iuriſq́; eſſe, cuius fuit defunctus, conſtat.*

IVLIANVS Lex LXIII.

HAEREDITAS *nihil aliud eſt, quàm ſucceſsio in uniuerſum ius, quod defunctus habuit tempore mortis.*

VLPIANVS Lex CXCV.

HOC *iure utitur: ut quicquid omnino per uim fiat: aut in uis publicæ, aut priuatæ crimen incidat. Deiecit & qui uel iuſsit, uel mandauit uel ratum habuit. Rati enim habitio mandato comparatur. In contractibus, in quibus doli præſtatio uel bona fides ineſt, hæres in ſolidum tenetur.*

POMPONIVS Lex XI.

ID *quod noſtrum eſt, ſine facto noſtro, ad alium transferri non poteſt.*

PAVLVS Lex XVI.

Imagina-

IMAGINARIA *uenditio non est, pretio non accedente.*

CAIVS Lex CLXXIIII.

IMPERITIA *culpæ annumeratur.*

MARCELLVS Lex CXLV.

IMPOSSIBILIVM *nulla obligatio est.*

METIANVS Lex XCVII.

IN *ambiguis orationibus maxime sententia spectanda eius est, qui eas protulisset.*

PAVLVS Lex LXXXVI.

IN *ambiguis pro dotibus respondere melius est. Non est nouum, ut quæ semel utiliter constituta sunt, durent: licet ille casus extiterit, à quo initium capere non potuerunt. Quoties æquitatem, desiderij naturalis ratio, aut dubitatio iuris moratur: iustis decretis res temperanda est.*

VLPIANVS Lex CXXIIII.

IN *condemnatione personarum quæ in id quod facere possunt damnatur: non totum quod habent, extorquendum est: sed & ipsarum ratio habenda est, ne egeant. Cùm uerbum restituas, in lege inuenitur, etsi non specialiter de fructibus additum est, tamen etiam fructus sunt restituendi. Vnicuique sua mora nocet: quod & in duobus reis promittendi obseruatur. Dolo facit qui petit quod restituturus est.*

IDEM Lex CXXXV.

IN *contrahenda uenditione, ambiguum pactum contra uenditorem interpretandum est. Ambigua autem intentio ita accipienda est: ut res saluæ actori sit.*

PAVLVS Lex CXI.

IN *eo quod plus sit, semper inest minus Nemo alienæ rei expromissor idoneus uidetur, nisi*

nisi cum satisdatione. Pupillus pati posse non intelligitur. Vbi uerba coniuncta non sunt sufficit alterutrum esse factum. Mulieribus tunc succurrendum est: cum defraudantur: non ut facilius calumnientur.

POMPONIVS Lex XXXIIII.

IN *eo, quod uel is, qui petit, uel is à quo petitur, *lucri petiturus est, durior causa est petitoris.*

*lucri causa facturus est.

VLPIANVS. Lex CXXII.

IN *iure ciuili receptum est, quoties per eum cuius interest* conditionem non impleri, fiat quò minus impleatur, perinde haberi ac si impleta conditio fuisset. quod ad libertates & legata, & ad hæredũ institutiones perducitur. Quibus exemplis stipulationes quoque committuntur, cùm per promissorem factum esset, quò minus stipulatur conditioni pareret.*

*cõditionẽ impleri, nõ fiat.

PAVLVS. Lex V.

IN *negotijs contrahendis, alia causa habita est furiosorum alia eorum qui fari possunt, quãuis actum rei non intelligant. Nam furiosus nullum negotium contrahere potest: pupillus omnia negotia tutore authore agere potest.*

VLPIANVS Lex CXL.

IN *obscura uoluntate manumittentis, fauendum est libertati.*

PAVLVS Lex CXV.

IN *obscuris inspici solet, quod uerisimilius est, aut quod plerunque fieri solet.*

IDEM. Lex LXIX.

IN *omnibus causis id obseruatur, ut ubi personæ conditio locum facit beneficio: ibi deficiente ea, beneficium quoque deficiat. ubi uerò genus actionis id desiderat, ibi (ad quemuis persecutio*

persecutio eius deuenerit) non deficiat ratio auxilij.

POMPONIVS Lex XI.

* In quo per aliũ mora est, quo &c.

IN *omnibus causis pro facto accipitur, id* in quo quis alium perhorrescit quo minus fiat.*

IDEM. Lex XIIII.

IN *omnibus obligationibus: in quibus dies non apponitur præsenti die debetur.*

VLPIANVS Lex CXXXVI.

IN *omnibus officijs, quæ fieri per liberas personas leges desiderant: seruus interuenire non potest. Nõ debeo melioris conditionis esse, quàm author meus, à quo ius in me transiit.*

PAVLVS Lex XCI.

IN *omnibus quidem maximè tamen in iure, æquitas spectanda est.*

PAVLVS. Lex CLXXI.

IN *pari causa possessor potior haberi debet. Ii qui in uniuersum ius succedunt, hæredum loco habentur.*

VLPIANVS Lex XXIII.

IN *personam seruilem nulla cadit obligatio. Generaliter probandum est, ubicunque in bonæ fidei iudicijs confertur in arbitrium domini uel procuratoris eius conditio: pro boni uiri arbitrio hoc habendum esse.*

PAVLVS. Lex XII.

IN *testamentis plenius uoluntates testantium interpretamur.*

PAPINIANVS. Lex VIII.

IN *toto iure generi per speciem derogatur: & illud potißimum habetur, quod ad speciem directum est.*

CAIVS. Lex CXIIII.

In

IN *toto & pars continetur.*

PAPINIANVS. *Lex* LXXVII.

IN *totum, omnia quæ animi destinatione agenda sunt: non nisi uera & certa scientia per fici possunt.*

VLPIANVS. *Lex* CXCVIII.

INVITVS *nemo cogitur defendere. Cui damus actionem, eidem exceptionem cõpetere multo magis qui dixerit. Cùm quis in alicuius locum successerit: nõ est æquum ei nocere hoc quod aduersus eum non nocuit, in cuius locum successerit. Plerumque emptoris eadem causa debet esse circa petendum ac defendendum, quæ fuit authoris. Quod cuique pro eo præstatur, inuito non tribuitur.*

PAVLVS. *Lex* LXX.

INVITO *beneficium non datur.*

VLPIANVS. *Lex* CXXX.

IS *damnum dat, qui iubet dare. Eius uerò nulla culpa est, cui parere necesse sit. Quod pendet, non est pro eo, quasi sit.*

POMPONIVS. *Lex* VIII.

IVRA *sanguinis nullo iure ciuili dirimi possunt.*

VLPIANVS. *Lex* CCVI.

IVRE *naturæ æquum est, neminem cũ alterius detrimento & iniuria fieri locupletiorem.*

POMPONIVS. *Lex* VII.

IVS *nostrum non patitur eundem in paganis & testato, & intestato decessisse, earumq; rerum naturaliter inter se pugna est, testatus, & intestatus.*

PAVLVS. *Lex* CVII.

LIBERTAS *inæstimabilis res est.*

CAIVS. *Lex* XVI.

Liber-

LIBERTAS *omnibus rebus fauorabilior est.*

VLPIANVS. Lex LXVI.

MARCELLVS *ait, Desinit debitor esse is qui nactus est exceptionem iustam, nec ab aequitate naturali abhorrentem.*

CAIVS Lex CLXXV.

MELIOR *conditio nostra per seruos fieri potest: deterior fieri non potest.*

POMPONIVS Lex CCV.

MINVS *est actionem habere quàm rem.*

PAVLVS. Lex XXVIII.

NEC *ex Praetorio, nec ex solenni iure, priuatorum conuentione quicquam immutandum est, quamuis obligationum causae pactione possint immutari, & ipso iure, & per pacti conuenti exceptionem: quia actionum modus, uel lege, uel per Praetorem introductus, priuatorum pactionibus non infirmatur, nisi tunc, cùm inchoatur*pactio, inter eos conuenit.*

*actio, uel pacto inter.

VLPIANVS. Lex CLXVI.

NEMO *alieno nomine agere potest.* Temporaria *permutatio ius prouinciae non innouat.*

PAVLVS.

Lex CXCIIII.

NEMO *damnum facit, nisi qui id facit, quod facere ius non habet.*

IDEM. Lex CIII.

NEMO *de domo sua*inuitus extrahi debet.*

vacat inuitus.

VLPIANVS. Lex XCVI.

NEMO *dubitat soluendo uideri eum qui defenditur.*

PAVLVS. Lex LXXXVIII.

NEMO *enim persequendo deteriorem causam, sed meliorem facit.* Denique *post litem contestatam haeredi quoque prospicitur: &*

haeres

hæres tenetur ex omnibus causis.

VLPIANVS. Lex XLIIII.

NEMO *ex ijs, qui negant se debere, prohibetur etiam alia defensione uti, nisi lex impediat. Quoties concurrunt plures actiones eiusdem rei nomine: una tantùm quis experiri debet.*

IDEM. Lex CXXXI.

NEMO *ideo obligatur, quia recepturus est ab alio quod præstiterit.*

PAVLVS. Lex CLXIII.

NEMO *plus commodi hæredi suo relinquit, quàm ipse habuit.*

VLPIANVS. Lex LV.

NEMO *plus iuris ad alium transferre potest, quàm ipse habet.*

IDEM. Lex LXXI.

NEMO *potest gladij potestatem sibi datam, uel cuiuslibet alterius coercitionis ad alium transferre.*

PAPINIANVS. Lex LXXVI.

NEMO *potest mutare consilium suum in alterius iniuriam.*

VLPIANVS. Lex CLXIX.

NEMO *prædo est, qui pretium numerauit. Locupletior non est factus qui liberum adquisierit. Cùm de lucro duorum quæritur, melior est causa possidentis.*

IDEM Lex XXXVIII.

NEMO* *qui condemnare non potest, absoluere potest.*

* cōdemnare potest absoluere non potest.

IDEM. Lex CLXXXVIII.

NEMO *uidetur fraudare eos, qui sciunt, & consentiunt.*

IABOLENVS. Lex CLIX.

NEQVE *in interdicto, neque in cæteris causis*

sis pupillo nocere oportet dolum tutoris, siue soluendo est, siue non est.

VLPIANVS. Lex XLVI.

NEQVE *pignus, neq; depositum, neq; precarium, neq; emptio, neq; locatio sua rei consistere potest. Priuatorum conuentio, iuri publico non derogat.*

CELSVS. Lex CLII.

NERATIVS *consultus an quod beneficiũ dare se quasi uiuenti Cæsar rescripserat: iam defuncto dedisse existimaretur: respondit, non uideri sibi principem, quod ei quem uiuere existimabat concessisset, defuncto concessisse: quem tamen modum esse beneficij sui uellet: ipsius*existimationem esse.*

* æstimationem.

VLPIANVS. Lex CXVII.

NIHIL *consensui tam contrarium est, qui & bonæ fidei iudicia sustinet, quàm uis atq; metus: quem comprobare contra bonos mores est.* Non *capitur qui ius publicum sequitur.* Non *uidentur consentire qui errant.*

PAVLVS. Lex CLXXII.

NIHIL *dolo creditor facit, qui suum recipit.*Cùm principalis causa non consistit, nec ea quidem quæ sequuntur, locum habent.*

*aliàs hęc desunt.

IDEM Lex CXIII.

NIHIL *interest, ipso iure quis actionem non habeat, an per exceptionem infirmetur.*

CELSVS. Lex XXIII.

NIHIL *peti potest ante id tempus, quo per rerum naturam persolui possit: & cùm soluendi tempus obligationi additur: nisi eo præterito, peti non potest.*

VLPIANVS. Lex XXXVI.

NIHIL *tã naturale est, quàm eodem genere quodq;*

re quodq; dissoluere, quo colligatum est: ideoq; uerborum obligatio, uerbis tollitur: nudi consensus obligatio, contrario consensu dissoluitur.

IDEM. Lex CLXII.

NON *alienat, qui duntaxat omittit possessionem.*

IDEM. Lex XXII.

NON *debet actori licere, quod reo non permittitur. In re obscura melius est fauere repetitioni, quàm aduentitio lucro.*

PAPINIANVS. Lex LXXV.

NON *debet alteri per alterum iniqua conditio inferri.*

VLPIANVS. Lex XXII.

NON *debet cui quod plus est, licet quod minus est, non licere.*

IDEM. Lex CXXXVII.

NON *est singulis concedendum, quod per magistratum publicè possit fieri, ne occasio sit maioris tumultus faciendi. Infinita æstimatio est, libertatis & necessitudinis.*

IDEM. Lex CLXXVII.

NON *fraudantur creditores: cùm quid non adquiritur a debitore, sed cùm quid de bonis diminuitur. Nemo ex suo delicto meliorem suam conditionem facere potest.*

PAVLVS. Lex CVIII.

NON *omne quod licet, honestum est. In stipulationibus id tempus spectatur, quod contrahimus.*

IABOLENVS. Lex CCIX.

NON *potest dolo carere, qui imperio magistratus non obtemperat.*

PAVLVS. Lex CCVIII.

NON *potest videri desijsse habere, qui nunquàm habuit.*

VENVLEIVS. Lex C.

NON *potest uideri improbus, qui ignorat quantum soluere debeat.*

PAVLVS. Lex LXXXVII.

Cõnecte hic.l.Nemo enim suprà.

NON *solet deterior conditiò fieri eorum, qui litem contestati sunt, quàm si non essent, sed plerunque melior.*

VLPIANVS. Lex XCV.

NON *solent, quæ abũdãt, uitiare scripturas.*

IDEM. Lex XIII.

NON *videtur cœpisse, qui per exceptionẽ remouetur à petitione.*

IDEM Lex LIII.

NON *uidetur defendere, non tantum qui latitat, sed & is qui præsens negat se defendere, aut non uult suscipere actiones.*

CAIVS. Lex LII.

NON *uidetur quisquam id capere, quod ei necesse est alij restituere.*

PAPINIANVS. Lex LXXXIIII.

NON *uidetur rem amittere, cuius propria non fuit.*

VLPIANVS. Lex CXXXVIII.

NON *uidentur data, quæ eo tempore, quo dantur, accipientis non fiunt. Qui iussu iudicis aliquid facit, non uidetur dolo malo facere: quia parere necesse habet.*

PAVLVS. Lex CXX.

NON *ut ex pluribus causis deberi nobis idem potest: ita ex pluribus causis idem potest & nostrum esse.*

VLPIANVS. Lex VI.

NON *uult heres esse, qui ad alium transferri*

P rri uoluit hæreditatem.

SCAEVOLA. Lex XCIX.

NVLLA *intelligitur mora ibi fieri, ubi nulla petitio est.*

IDEM Lex LVI.

NVLLVS *uidetur dolo facere, qui suo iure utitur.*

PAVLVS. Lex CX.

NVLLVM *crimen patitur is, qui non prohibet, cùm prohibere non potest.*

VLPIANVS. Lex CLXXIII.

NVNQVAM *actiones, præsertim pœnales, de eadem re concurrentes, alia aliam consumit.*

IDEM. Lex XXXI.

NVPTIAS, *nõ cõcubitus, sed cõsensus facit.*

CAIVS. Lex CLXXXII.

OMNES *actiones, quæ morte aut tempore pereunt, semel inclusæ iudicio, saluæ permanẽt.* N*on uidetur perfectè cuiusque id esse, * quod ex causa auferri potest.* * quod ei casu.

CELSVS. Lex CLIIII.

OMNIA *ferè iura hæredum perinde habentur, ac si continuò sub tempore mortis hæredes extitissent.*

VLPIANVS. Lex CCI.

OMNIA *quæ ex testamento proficiscuntur, ita statum euentus capiunt, si initium quidem sine uitio ceperint.*

CAIVS. Lex CI.

OMNIA *quæ iure contrahuntur, contrario iure pereunt.*

IABOLENVS. Lex LXXIII.

OMNIA *quæcunq; causæ cognitionem desiderant, per libellum expediri non possunt.*

VLPIANVS. Lex CCII.

OMNIS *definitio in iure ciuili periculosa est. rarum est enim ut subuerti poßit.*

PAVLVS. Lex CLXXXI.

OMNIS *hereditas, quamuis postea adeatur, tamen cum tempore mortis continuatur. Nunquam ex postfacto crescit præteriti delicti æstimatio.*

VLPIANVS. Lex CXCIII.

PAREM *esse conditionem oportet eius; qui quid poßideat, uel habeat: atq; eius, cuius dolo malo factum sit, quò minus poßideret, uel haberet.*

IDEM. Lex CCV.

PLERVNQVE *fit, ut etiam ea, quæ à nobis possunt abire, perinde in eo statu sint, atq; si non essent eius conditionis ut abire poßint. & ideò quod fisco obligamus, & uendicare, interdum, & alienare, & seruitutem prædio imponere possumus.*

POMPONIVS. Lex XXVIII.

PLVS *cautionis est in rē, quàm in personā.*

PAVLVS. Lex CXXV.

POENALIA *iudicia semel accepta, in heredes transmitti possunt.*

PAVLVS. Lex CXVIII.

PRAETOR *bonorum possessorem heredis loco in omni causa habet.*

MODESTINVS. Lex CLVII.

PRIVILEGIA *quædam causæ sunt, quædam personæ. & ideo quidem ad heredes transmittuntur, quæ causæ sunt: quæ personæ sunt, ad heredes non transeunt.*

CELSVS. Lex CI.

PVPILLVS, *nec uelle, nec nolle in ea ætate, nisi apposita tutoris authoritate, creditur. nam*

quod animi iudicio fit, in eo tutoris authoritas necessaria est.

CAIVS. *Lex* CXII.

PVPILLVM, *qui proximus pubertati sit, capacem esse & furandi, & iniuriæ faciendæ constat.* In *hæredes non solent actiones transire, quæ pœnales sunt ex maleficio: ueluti furti, dãni, iniuriæ, ui bonorum raptorum.*

LICINIVS. *Lex* CCX.

QVAE *ab initio inutilis fuit institutio, tẽporis tractu conualescere non potest.*

PAPINIANVS. *Lex* LXXXII.

QVAE *dubitationis tollẽdæ causa cõtractibus inseruntur, ius commune non lædunt.*

POMPONIVS. *Lex* XVIII.

QVAE *legata mortuis nobis ad * hæredes nostros transeunt, eorum commodum per nos ijs quorum in potestate sumus, eodem casu acquirimus: aliter atque,* cum stipulati sumus.* Nam *& sub conditione stipulantes, omnimodo eis acquirimus, etiam si* libertate nobis præstita à dominis, conditio existat.*

*hæreditatem nostram.

*quod.

*liberatis nobis potestate domini.

PAVLVS. *Lex* CXXIII.

QVAE *propter necessitatem recepta sunt, non debent in argumentum trahi.*

IDEM. *Lex* XC.

QVANDIV *possit ualere testamentum: tandiu legitimus hæres non admittitur.*

IDEM *Lex* XXV.

QVATENVS *cuiusque intersit, in facto, non in iure consistit.*

IDEM. *Lex* XV.

QVI *actionem habet ad rem recuperãdam, ipsam rem habere uidetur.*

VLPIANVS. *Lex* CLXXX.

QVI

QVI *authore Iudice comparauit, bonæ fidei possessor est.*

IDEM Lex XX.

QVI *cum alio contrahit, uel est, uel esse debet non ignarus conditionis eius: hæredi autem hoc imputari non potest, cùm non sponte cum legatarijs contrahat. Non solet doli exceptio nocere ijs, quibus uoluntas testatoris non refragatur.*

PAVLVS. Lex CLXXIIII.

QVI *dolo desierit poßidere, pro poßidente damnatur: quia pro possessore dolus est.*

CAIVS. Lex XLIII.

QVI *in alterius locum succedunt, iustam habent causam ignorantiæ, an id quod deberetur, peteretur. Fideiussores quoque non minus quàm hæredes iustam ignorantiam possunt allegare. Hæc ita, de hærede dicta sunt, si cum eo agatur: non etiam si agat. Nam planè qui agit, certus esse debet: quum sit in potestate eius, quãdo uelit experiri: & antè debet rem diligenter explorare: & tunc ad agendum procedere.*

VLPIANVS. Lex CXXXVIII.

QVI *in ius dominiumve alterius succedit, iure eius uti debet. Nemo uidetur* * *dolo facere, qui ignorat causam cur non debeat petere.*

* in dolo esse.

IDEM Lex CLXI.

QVI *in seruitute est: usucapere non potest. Nam quum poßideatur, poßidere non uidetur.*

PAVLVS. Lex CLXIII.

QVI *non facit quod facere debet, uidetur facere aduersus ea quæ non facit: at qui facit quod facere non debet, non uidetur facere id, quod facere iussus est.*

MODESTINVS. Lex CLV.

QVI per *successionem quamuis longissimam defuncto haeredes extiterint, non minus haeredes intelliguntur, quàm qui principaliter haeredes extiterint. *cessionem.

VLPIANVS. Lex CXXXV.

QVI potest facere ut possit conditioni parere, iam posse uidetur. Quod quis si uelit, habere non potest, id repudiare non potest.

IDEM. Lex XXVII.

QVI potest inuitis aliquibus alienare: multo magis & ignorantibus & absentibus potest.

PAVLVS. Lex CXXVII.

QVI rem alienam defendit, nunquam locuples habetur.

IVLIANVS. Lex LXIIII.

QVI sine dolo malo ad iudicium prouocat, non uidetur moram facere.

PAVLVS. Lex CLXXXV.

QVI tacet, non utique fatetur, sed tamen uerum est eum non agere.

VLPIANVS. Lex CIII.

QVI uetante praetore fecit, hic aduersus edictum fecisse propriè dicitur. Eius est actionem denegare, qui possit & dare.

PAVLVS. Lex XLIX.

QVICQVID calore iracundiae, uel fit, uel dicitur: non prius ratum est, quàm si perseuerantia apparuerit iudicium animi fuisse. ideoq; breui reuersa uxor, nec diuertisse uidetur.

IDEM, Lex LXXIIII.

QVO* tutela redit, eò & haereditas peruenit, nisi cum foeminae haeredes intercedunt. Nemo potest tutorem cuiquam dare, nisi ei quẽ *aliàs īcipit, Quintus Mutius Sempronio. Quo tutela, &c.

in suis hæredibus, cum moritur, habuit, habiturusve esset, si uixisset. Vi factum uidetur id esse, quod quis, cũ prohiberetur, fecit. Clàm, *quod quisq; cùm controuersiam haberet, habiturũve se speraret, fecit. Quæ in testamento ita scripta sunt ut intelligi non poßint, perinde sunt ac si scripta non essent.* Nec *paciscendo, nec legẽ dicẽdo, nec stipulãdo quisquam alteri cauere poteſt.*

CAIVS. Lex XLVII.

QVOD *à quoquam pœna nomine exactum eſt: id eidem restituere nemo cogitur.*

VLPIANVS. Lex XXXIII.

QVOD *attinet ad ius ciuile, serui pro nullis habentur non tamen & iure naturali: quia quod ad ius naturale attinet, omnes homines æquales sunt.*

PAVLVS Lex CLXXXII II.

QVOD *contra rationem iuris receptum eſt non eſt producendum ad consequentiam.* Vni *duo pro solido hæredes esse non possunt.*

CELSVS Lex CLI.

QVOD *euincitur, in bonis non eſt.*

PAVLVS Lex XXX.

QVOD *initio uitiosum eſt, non poteſt tractu temporis conualescere.*

VLPIANVS Lex CLXXXVI.

QVOD *ipsis, qui contraxerunt, obstat, & successoribus eorum obstabit.*

IDEM Lex CXLI.

QVOD *iussu alterius soluitur: pro eo eſt, qua si* ipse soluisset, uel ipsi solutum esset,*

* aliàs deeſt, ipse soluisset, vel.

IDEM Lex CXLIII.

QVOD *nullius esse poteſt, id ut alicuius fieret, nulla obligatio ualet efficere.*

PAVLVS Lex CCLXXXIX.

Quod

QVOD *quis cum seruus esset, egit proficere liberto facto non potest.*

POMPONIVS *Lex* CCIII.

QVOD *quis ex culpa sua damnum sentit, non intelligitur damnum sentire:*

IDEM *Lex* XXI.

QVOTIES *dubia est interpretatio libertatis secundùm libertatem respondendum erit.*

PAVLVS *Lex* XCII.

QVOTIES *duplici iure defertur alicui successio, repudiato nouo iure quod antè defertur, supererit uetus.*

VLPIANVS *Lex* XCVIII.

QVOTIES *idem sermo duas sententias exprimit, ea potißimum accipietur, quæ rei gerendæ aptior est.*

IDEM *Lex* CC.

QVOTIES *nihil sine captione inuestigari potest: eligendum est, quod minimum habeat iniquitatis.*

HERMOGENES *Lex* XCIX.

QVOTIES *utriusque causa lucri ratio uertitur, i. præferendus est, cuius in lucro causa tempore præcedit.*

VENVLEIVS *Lex* I.

REGVLA *est, quæ rem quæ est, breuiter enarrat: non ut ex regula ius sumatur: sed ut ex iure quod est, regula fiat.* Per regulam *igitur breuis rerum narratio traditur: & (ut ait Sabinus.) quasi causæ coniectio, quæ simul cùm in aliquo uitiata est, perdit officium suum.*

VLPIANVS *Lex* CCVII.

RES *indicata pro ueritate accipitur.*

PAVLVS *Lex* X.

SECVNDVM *naturã est, commoda cuiusq;*

rei eum sequi, quem sequuntur incommoda.

CAIVS Lex CXC.

SEMPER generalibus specialia insunt.

MODESTINVS Lex CLVIII.

coniun-ctionib. SEMPER in* conuentionibus non solùm, quod liceat considerandum est, sed & quod honestum est.

CAIVS Lex LVII.

Semper in dubijs benigniora praeferẽda sũt.

VLPIANVS Lex IX.

Sẽper in obscuris, q̃d minimũ est, sequimur.

VLPIANVS Lex XXXV.

SEMPER in stipulationibus, & in caeteris contractibus id sequimur, quod actum est. Vnde si non apparet, quid actum est, consequens erit, ut id sequamur, quod in regione, in qua id actum est, frequentatur. Quid ergo si neque regionis mos appareat, quia uarius fuit? Ad id quod minimum est, redigenda summa est.

CAIVS Lex LXI.

SEMPER, qui non prohibet pro se interuenire, mãdare creditur. Sed & si quis ratũ habuerit, quod gestũ est, obstringitur mãdati actione.

VLPIANVS Lex CCIX.

Seruitutem mortalitati ferè comparamus.

PAVLVS. Lex CCXI.

SERVVS reipublicae causa abesse nõ potest.

POMPONIVS. Lex XIX.

SI filiusfamiliàs sub conditione stipulatus, emancipatus fuerit: deinde extiterit conditio, patri actio competit: quia in stipulationibus id tempus spectatur, quo contrahimus.

VLPIANVS Lex CV.

estimationis. SI in duabus actionibus alibi summa maior, alibi infamia est: praeponẽda est causa existimationis

mationis. Vbi autem æquiparantur famosa iudicia: etsi summam disparem habeant, pro paribus tamen accipienda sunt.

SCAEVOLA Lex XCIII.

SI *librarius in transcribendis stipulationis uerbis errasset: nihil nocere, quo minus, & reus & fideiussor teneantur.*

VLPIANVS Lex CXLII.

SI *nemo subijt hæreditatem,* * *omne ius testamenti soluitur.* *omnis. vis.

POMPONIVS Lex XXXIX.

SICVTI *pœna ex delicto defuncti hæres teneri non debet: ita nec lucrum facere si quid ex ea re ad eum peruenisset.*

PAVLVS Lex CXVI.

SI *quis obligatione liberatus sit, potest uideri accepisse. Non potest uideri accepisse, qui stipulatus potest exceptionè summoueri.*

CELSVS Lex CXLVIII.

SI *quis prægnantem uxorem reliquit, non uidetur sine liberis decessisse.*

VLPIANVS Lex XLV.

TOTIES *in hæredem damus actionem de eo, quod ad eum peruenit, quoties ex dolo defuncti conuenitur, non quoties ex suo.*

CELSVS Lex CXLVI.

VANI *timoris non iusta excusatio est.*

PAVLVS Lex CII.

VBI *lex duorum mensium fecit mentionem & qui sexagesimoprimo die uenerit, audiendus est, ita enim Imperator noster Antoninus cum diuo* * *fratre suo rescripsit.*

VLPIANVS Lex CLVII.

VBI *non uoce, sed præsentia opus est: mutus si intellectum habet, potest uideri respondere.*

dere. Idem *& in surdo hic quidem responderi potest. Furiosus, absentis loco est: & ita* Pomponius *Libro primo Epistolarum scribit.*

CELSVS Lex CXLIX.

VBI *pugnantia inter se in testamento inueniuntur, neutrum ratum est. Quæ rerum natura prohibentur: nulla lege confirmata sunt.*

PAVLVS Lex CVI.

VBICVNQVE *causæ cognitio est, ibi prætor desideratur.*

VLPIANVS Lex IIII.

VELLE *non creditur, qui obsequitur imperio patris, uel domini.*

VLPIANVS Lex XXXII.


VERVM *est, neque pacta, neq; stipulationes factum posse tollere. Quod enim impossibile est, neque pacto neque stipulatione potest cõprehendi, ut utilem actionem aut pactum efficere possit.*

FINIS.

Sequuntur

SEQVVNTVR REGVLAE IVRIS CANONICI, EX DECRETALIBVS.

IOANNES *Chrysostomus.* I.



MNIS *res per quascunq; causas nascitur, per easdem dissoluitur.*

BEDA *in homilijs* II.

ESTOTE *misericordes, sicut, &c, &c.* Hoc *loco nihil aliud nobis præcipi existimo: nisi ut ea facta, quæ dubium est, quo animo fiant in meliorem partem interpretemur. Quod enim scriptum est:* Ex *fructibus eorum cognoscetis eos: de manifestis dictum est, quæ non possunt bono animo fieri: ut stuprum, blasphemiæ, furta, ebrietas, & similia, de quibus nobis permittitur iudicare.*

IDEM III.

QVI *scandalizauerit, &c.* Vtilius *scandalũ nasci permittitur quàm ueritas relinquatur.*

IDEM IIII.

QVOD *non est licitum in lege, necessitas facit licitum.* Nam *& sabbathum custodiri præceptum est: Machabæi tamen sine culpa sua in sabbatho pugnant. sic & hodie si quis ieiuniũ fregerit ægrotus, reus uoti non habetur.*

GREGORIVS V.

QVOD *latenter, aut per uim, vel aliàs illicitè introductum est, nulla debet stabilitate subsistere.*

IDEM *Varien.episcop.* VI.

QVVM *in contemplatione,& infrà. In ipso causæ initio non est à quæstionibus inchoandum.*

STEPHANVS *Papa* VII.

QVAE *multoties.& infrà.Quicquid in sacratis* Deo *rebus,& episcopis iniustè agitur,pro sacrilegio reputatur: quia sacra sunt,& à quoquam uiolari non debent.*

AVGVSTINVS VIII.

QVI *ex timore facit præceptum,aliter quã debeat,facit. & ideo iam non facit.*

IDEM *in lib.de* Pœnit. IX.

DEFLEAT *peccator:quia offendens in uno, factus est omnium reus.*

GREGORIVS *in registro.* X.


QVAMVIS *causæ.& infrà.*Non *potest esse pastoris excusatio, si lupus oues comedit, & pastor nescit.*

LVCIVS *tertius.* XI.

IN*dignum est,& à* Romanæ Ecclesiæ *consuetudine alienum, ut pro spiritualibus facere quis homagium compellatur.*

FINIS.

REGVLAE SEXTI DECRETALIVM.



BONIFACII VIII.



CCESSORIVM *naturam se qui congruit principalis.*

Actus legitimi conditionem non recipiunt, neque diem.

Beneficium Ecclesiasticũ non potest licitè, sine institutione canonica obtineri.

Bona fides non patitur, ut semel exactum ite rum exigatur.

Certum est, quòd is cõmittit in legẽ, qui legis uerba cõplectens contra legis nititur uoluntatẽ.

Data Romæ apud sanctum Petrum, quinto nonas Martij, Pontificatus nostri anno quarto.

Contra eum, qui legem dicere potuit apertius est interpretatio facienda.

Contractus ex conuentione legem accipere dignoscuntur.

Cui licet quod est plus, licet utique quod est minus.

Cùm non stat per eum, ad quem pertinet, quo minus conditio impleatur: haberi debet perinde ac si impleta fuisset.

Cùm quid prohibetur, prohibentur omnia quæ sequuntur ex illo.

Cùm quid una uia prohibetur alicui, ad id alia non debet admitti.

Cùm

Cùm quis in ius ſuccedit alterius, iuſtam ignorantiæ cauſam cenſetur habere.

Cùm ſunt partium iura obſcura, reo fauendum eſt potius, quàm actori.

Damnum quod quis ſua culpa ſentit, ſibi debet, non alijs imputare.

Decet conceſſum à principe benificium eſſe manſurum.

Delictum perſonæ, non debet in detrimentum Eccleſiæ redundare.

Dolo facit qui petit, quod reſtituere oportet eundem.

Ea quæ fiunt à iudice, ſi ad eius non ſpectant officium, uiribus non ſubſiſtunt.

Eum, qui certus eſt, certiorari ulterius non oportet.

Ex eo non debet, quis fructum conſequi, quod uiſus extitit impugnare.

Exceptionem obijciens, non uidetur de intentione aduerſarij confiteri.

Factum legitimè retractari non debet, licet caſus poſtea eueniat à quo non potuit inchoari.

Fruſtra ſibi fidem quis poſtulat ab eo ſeruari, cui fidem à ſe præſtitam ſeruare recuſat.

Generi per ſpeciem derogatur.

Ignorantia facti, non iuris excuſat.

Imputari non debet ei per quem non ſtat, ſi non faciat, quod per eum fuerat faciendum.

In alternatiuis debitoris eſt electio: & ſufficit alterum adimpleri.

In argumentum trahi nequeunt, quæ propter neceſſitatem aliquando ſunt conceſſa.

In generali conceſſione non ueniunt ea quæ quis non eſſet ueriſimiliter in ſpecie conceſſurus.

IN

In iudicijs non est acceptio personarum habenda.

In malis promißis fidẽ nõ expedit obseruari.

In obscuris, minimum est sequendum.

In pari delicto, uel causa, potior est conditio. poßidentis.

In pœnis, benignior ẽ interpretatio faciẽda.

In re cõmuni, potior est conditio prohibẽtis.

In toto partem non est dubium contineri.

Indultum à iure beneficium, non est alicui auferendum.

Infamibus portæ non pateant dignitatum.

Inspicimus in obscuris. quod est uerisimilius, uel quod plerunque fieri consueuit.

Is, qui in ius succedit alterius, eo iure, quo ille, uti debebit.

Is, qui tacet non fatetur, sed nec utique negare uidetur.

Locupletari non debet aliquis cum alterius iniuria, uel iactura.

Mora sua cuilibet est nociua.

Mutare consilium quis non potest in alterius detrimentum.

Nemo potest ad impoßibile obligari.

Nemo potest plus iuris transferre in alium, quàm sibi competere dinoscatur.

Non debet aliquis alterius odio prægrauari.

Non est in mora qui potest exceptione legitima se tueri.

Non est obligatorium contra bonos mores præstitum iuramentum.

Non est sine culpa, qui rei, quæ ad eum non pertinet se immiscet.

Non firmatur tractu temporis, quod de iure ab initio non subsistit.

Non

Non licet actori, quod reo licitũ non existit.

Non præstat impedimentum, quod de iure non sortitur effectum.

Nullus ex consilio dummodo fraudulentum, non fuerit, obligatur.

Nullus pluribus uti defensionibus prohibetur.

Odia restringi, & fauores cõuenit ampliari.

Peccatum non dimittitur, nisi restituatur ablatum.

Peccati uenia non datur nisi correptis.

Pluralis locutio, duorũ numero est contenta.

Plus semper in se continet quod est minus.

Possessor malæ fidei ullo tempore non præscribit.

Potest quis per alium, quod potest facere per seipsum.

Præsumitur ignorantia, ubi scientia non probatur.

Priuilegium personale personam sequitur, & extinguitur cum persona.

Pro possessore habetur, qui dolo desiitpossidere.

Quæ à iure communi exorbitant, nequaquã ad consequentiam sunt trahenda.

Quæ contra ius fiunt debent utique pro infectis haberi.

Qui ad agendum admittitur, est adexcipiendum multò magis admittendus.

Qui contra iura mercatur, bonam fidẽ præsumitur non habere.

Qui facit per alium, est perinde ac si faciat per seipsum.

Qui prior est tempore, potior est iure.

Qui sentit onus, sentire debet commodum: et contra.

Qui tacet, consentire uidetur.

Quod alicui gratiosè conceditur, trahi non debet ab alijs in exemplum.

Quod alicui suo non licet nomine, nec alieno licebit.

Quod ob gratiam alicuius conceditur, nō est in eius dispendium retorquendum.

Quod omnes tangit, debet ab omnibus approbari.

Quod quis mandato facit iudicis, dolo facere non uidetur, cum habeat parere necesse

Quod semel placuit, amplius displicere non potest.

Ratihabitionem retro trahi, & mandato non est dubium comparari.

Rationi congruit ut succedat in onere, qui substituitur in honore.

Ratum quis habere non potest, quod ipsius nomine non est gestum.

Scienti, & consentienti, non fit iniuria neque dolus.

Semel Deo *dicatum, non est ad usus humanos ulterius transferendum.*

Semel malus, semper præsumitur esse malus.

Sine culpa, nisi subsit causa, non est aliquis puniendus.

Sine possessione præscriptio non procedit.

Vtile non debet per inutile uitiari.

Data Romæ *apud sanctum* Petrum *quinto* Nonas Martij, Pontificatus *nostri anno quarto.*

FINIS.

DE GRADIBVS AFFINITATIS, ET CONSANGVINITATIS ET NOMINIBVS EORVM.

TITVLVS X.

Libri XXXVIII. Pan. CAIVS Lex I.



RADVS *cognationis alij superioris ordinis sunt, alij inferioris, alij ex transuerso, siue à latere. Superioris sunt ordinis, parentes: inferiori, liberi: ex trāsuerso, siue à latere fratres & sorores liberiq; eorum. Sed superior quidē, & inferior cognatio à primo gradu incipit, ex transuerso uero, siue à latere nullus est primus gradus: & ideo incipit à secundo.* Itaq; *in primo gradu cognationis superioris quidē & inferioris ordinis cognati possunt concurrere: ex transuerso uerò nunquā eo gradu quisquā concurrere potest.* At *in secūdo, & tertio, & deinceps in cæteris.* Pos*sunt etiā ex trāsuerso quidā cōcurrere cum superioris ordinis cognatis.* Sed *admonēdi sumus, si quā lo de hæreditate, uel bonorum possesione quæramus, non semper eos, qui eiusdem gradus sunt, concurrere.* Primo *gradu sunt suprà, pater mater: infrà filius filia.* Secundo *gradu sunt suprà, auus auia: infra, nepos neptis: ex transuerso, frater soror.* Tertio *gradu sunt supra proauus proauia: infrà, pronepos proneptis: ex transuerso,*

so, fratris sororisq́; filius filia: & conuenienter patruus amita auunculus matertera. Quarto gradu sunt suprà, abauus abauia infrà, abnepos abneptis: ex transuerso, fratris sororisq́; nepos neptis: & conuenienter patruus magnus, amita magna, id est, aui frater, soror auunculus magnus, matertera magna, id est, auiæ frater, soror. Item fratres patrueles, sororesq́; patrueles: id est, qui quæve ex duobus fratribus progenerantur. Item consobrini consobrinæq́;, id est: qui quæve ex duabus sororibus nascuntur, quasi consororini. Item amitini amitinæ, id est, qui quæve ex fratre & sorore propagantur. Sed uulgus ferè omnes istos communi appellatione consobrinos uocat. Quinto gradu sunt suprà, atauus atauia: infrà, atnepos atneptis: ex transuerso, fratris & sororis pronepos proneptis: & conuenienter propatruus & proamita, id est, proaui frater, & soror. proauunculus, promatertera, id est, proauiæ frater & soror: item fratris patruelis, sororis patruelis filius filia: & similiter consobrini consobrinæ, itē amitini amitinæ filius filia, propior sobrinus, ꝓpior sobrina. isti sunt patrui magni amitæ magnæ: auunculi magni, matertera magnæ filius filia.

VLPIANVS *Lex* II.

HOC *est patris matrisve eius de cuius cognatione quæritur consobrinus consobrina, siue frater patruelis,* uel amitinus, soror patruelis ve amitina.*

*aliàs desunt verba sequētia.

CAIVS *Lex* III.

SEXTO *gradu sunt suprà, tritauus tritauia: infrà, trinepos trineptis: ex trāsuerso, fratris & sororis abnepos abneptis: & cōueniēter abpatruus abamita, id est, abaui frater et soror. abauunculus*

nunculus, ab amatertera, id est, abauiæ frater & soror. Itẽ patrui magni, amitæ, magnæ, auũculi, magni, matertera magnæ nepos neptis, itẽ fratris patruelis, sororis patruelis cõsobrinicõsobrinæ, amitini amitinæ nepos, neptis, itẽ propatrui, proamitæ, proauũculi, promatertera filius, filia. Itẽ qui ex fratribus patruelibus, aut cõsobrinis aut amitinis undiq; propagantur, ij propriè sobrini uocãtur. In septimo autẽ gradu quã multæ esse poßint personæ, ex ijs, quæ diximus, satis apparet. Admonendi *tamen sumus, parentum liberorumq; personas semper duplari. Auum enim & auiam tam maternos quàm paternos intelligimus, item nepotes neptesq; tam ex filio quam ex filia: quam rationem. scilicet deinceps in omnibus gradibus suprà infràq; sequemur.*

MODESTINVS Lex IIII.

NON *facile autem, quòd ad nostrũ ius attinet, cùm de naturali cognatione quæritur, septimum gradum qui excedit: quatenus ultra eum ferè gradum rerum natura cognatorum* *iura consistere non patitur. Cognati ab eo dici putantur, quod quasi una communiterve nati, uel ab eodem orti, progenitive sint. Cognationis substantia bifariam apud* Romanos *intelligitur.* Nam *quædam cognationes iure ciuili, quædam naturali* connectunt ur, nonnunquam & utroque iure concurrente, & naturali, & ciuili, copulatur cognatio.* Et *quidem naturalis cognatio per se sine ciuili cognatione intelligitur, quæ per fœminas descendit, quæ uulgò liberos pariunt. Ciuilis autem per se (quæ etiam legitima dicitur) sine naturali fit cognatione per adoptionem. Vtroque iure consistit cognatio, cùm iustis nuptijs contra*

ctis copu-

*vitam.

*continẽtur.

ctis copulatur. Et *naturalis quidẽ cognatio hoc ipso nomine appellatur: ciuilis uerò cognatio licet ipsa quoque per se plenißimè hoc nomine uocetur, propriè tamen agnatio uocatur, uidelicet quæ per mares contingit.* Sed *quoniam quædam iura inter affines quoq; uersantur, non alienum est, hoc loco de affinibus quoq; breuiter disserere.* Affines *sunt uiri & uxoris cognati: dicti ab eo, quòd duæ cognationes, quæ diuersæ inter se eunt, per nuptias copulantur, & altera ad alterius cognationis finẽ accedit: nãque coniungendæ affinitatis causa fit ex nuptijs.* Nomina *uerò eorũ hæc sunt: socer, socrus: gener, nurus: nouerca, uitricus: priuignus, priuigna.* Gradus *uerò affinitatis nulli sunt.* Et *quidẽ uiri pater, uxorisq; socer: mater autem eorum, socrus appellatur, cũ apud* Græcos *propriè uiri pater ἑκυρὸς, mater uerò ἑκυρὰ, uxoris autẽ pater πενθερὸς mater uerò πενθερὰ, uocetur. filij autem uxor, nurus, filiæ uerò uir, gener appellatur.* Vxor *uerò liberis ex alia uxore natis nouerca dicitur matris uir ex alio uiro natis uitricus appellatur: eorum uterq; natos aliunde, priuignos priuignasq; uocant.* Poteſt *etiam sic definiri,* Socer *est uxoris meæ pater, ego illius sum gener.* Socer *magnus dicitur uxoris meæ auus, & ego sum illius progener.* Et *retro pater meus uxoris meæ socer est, hæc illi nurus, & auus meus socer magnus est: illa illi pronurus.* Item *socrus mea, uxoris meæ mater est, ego illius sum gener, & prosocrus mea uxoris meæ auia est, ego illius sum progener, & retrò mater mea, uxoris meæ socrus est: illa huic nurus. & auia mea socrus magna est: & uxor mea illi pronurus.* Priuignus *autẽ est uxoris meæ filius, ex alio uiro na-*

tus:

tus: ego illi uitricus, & in cõtrarium uxor mea liberis, quos ex alia vxore habeo, nouerca dicitur. liberi mei illi priuigni sunt. Viri frater, leuir ẽ apud Græcos δαὴρ appellatur: ut est apud Homerum *relatum: sic enim* Helena *ad* He*ctorem dicit:* * Δᾶερ ἐμεῖο κυνὸς κακομηχάνου ὀκρυοέσσης. *Viri soror, glos dicitur: apud Græcos* γάλως. *Duorum fratrum uxores* εἰνάτερες *dicuntur apud Græcos, quod vno uersu idem* Homerus *significat:* * Δαέρων ἢ γαλόων ἢ εἰνατέρων εὐπέπλων.

*idest, leuir mei canis, omni mali causatricis horridæ.

Hos itaq; qui affinitatis causa inter se, parentum loco liberorumq; habentur, matrimonio copulari nefas est. Sciendum est neque cognationem, neq; affinitatem esse posse, *ubi nu *ptiæ interdictæ sunt, ex quibus affinitas coniungitur.* Libertini *libertinæq; inter se affines esse possunt.* In *adoptionem datus aut emancipatus, quascunq; cognationes affinitatesq; habuit, retinet: agnationis iura perdit sed in ea familia ad quam per adoptionem venit, nemo est illi cognatus, præter patrem, eosve, quibus agnascitur, affinis autem ei omnino in ea familia nemo est.* Is *cui aqua & igni interdictum est, uel aliquo modo capite diminutus est, ita ut libertatem & ciuitatem amiserit: & cognationes et affinitates omnes, quas antè habuit, amittit.*

*idest leuirorum aut glorium, aut duorũ fratrũ vxorum nitidẽ indutarum.

* nisi nuptiæ interdictę non sint.

PAVLVS *Lex* V.

SI *filium naturalem emancipauero, & aliũ adoptauero, non esse eos fratres. Si filio meo mortuo* Titium *adoptauero videri eũ defuncti fratrem fuisse, Arrianus ait.*

VLPIANVS Lex VI.

LABEO *scribit, nepotis ex filia mea nati vxorem nurum mihi esse. Et generi & nurus appellatione,*

appellatione, sponsus quoque & sponsa continentur. At enim soceri & socrus appellatione, sponsorum parentes contineri uidentur.* *continetur.

SCAEVOLA. Lex VII.

PRIVIGNVS *etiam is est, qui uulgò conceptus, ex ea natus est, quæ postea mihi nupsit. Aequè & is, qui (cùm in cõcubinatu erat mater eius) natus est ex ea, quæ postea alij nupta sit.*

POMPONIVS Lex VIII.

SERVIVS *rectè dicebat, soceri & socrus, & generi & nurus, appellationem etiam ex sponsalibus acquiri.*

PAVLVS Lex IX.

STEMMATA *cognationũ directo limite in duas lineas separãtur: quarũ altera superior est, altera inferior. Ex superiore uerò & secũdo gradu transuersæ lineæ pẽdent, quas omnes latiore tractatu habito, in librũ singularẽ* congessimus.* *cõtexuimus.

IDEM Lex X.

IVRISCONSVLTVS *cognatorũ gradus, & affiniũ nosse debet: quia legibus hæreditates, & tutelæ ad proximũ quenque agnatũ redire cõsueuerũt. Sed & edicto* Prætor *proximo cuiq; cognato dat bonorum possessionẽ.* Præterea *lege iudiciorum publicorum contra affines & agnatos testimoniũ inuiti dicere non cogimur.* Nomẽ *cognationis à Græca uoce* συγγονεῖς dictũ uidetur συγγονεῖς enim illi uocant, quos nos cognatos appellamus. Cognati sunt, & quos agnatos lex duodecim* Tabularũ *appellat, sed ij per patrẽ cognati, ex eadẽ familia sunt. Qui autem per fœminas coniunguntur, cognati tantum nominantur.* Proximiores *ex agnatis, sui dicũtur.* Inter *agnatos igitur & cognatos hoc interest, quod inter genus & speciem.* Nã *qui est agna-* *id est, cognati.

tus, & cognatus est. Non utiq; *autem qui cognatus est, & adgnatus est.* Alterũ enim ciuile, alterũ naturale nomen est. Nũc uerò nõ parcimus his cognationum nominibus etiã in seruis. Itaq; parentes & liberos, fratresq; etiã seruorum dicimus. sed ad leges seruiles cognationes non pertinent. Cognationis origo, & per fœminas solas cõtingit. Frater enim est, & qui ex eadẽ matre tantum natus est. Nã qui eundẽ patrem habent, licet diuersas matres, etiã agnati sunt. Parẽtes usq; ad tritauũ apud Romanos proprio uocabulo nominãtur: ulteriores, qui non habent speciale nomẽ, maiores appellãtur. Itẽ liberi usque ad trinepotem: ultra hos, posteriores uocãtur. Sunt & ex lateribus cognati, ut fratres sororesq;, & ex his progeniti: item patrui, amitæ, auũculi et materteræ. At quoties quæritur, quoto gradu quæque persona sit: ab eo incipiendum est, cuius de cognatione quærimus: & si ex inferioribus aut superioribus gradibus est, recta linea sursum uersus uel deorsum tendendo, facile, inueniemus gradus, si per singulos proximum quenq; numeremus. Nam qui mihi proximo gradu proximus est, is secundo gradu est mihi. *Similiter ascẽdentibus & descẽdentibus singulis accrescit numerus idem faciendum est in transuersis gradibus. sic frater secũdo gradu est quoniã patris uel matris persona, per quos coniungitur, prior numeretur. Gradus autem dicti sunt ad similitudinem scalarum, locorumve procliuium, quos ita ingredimur, ut à proximo in proximũ, id est, in eum, qui quasi ex eo nascitur, trãnseamus. Nunc singulos gradus numeremus. PRIMO gradu cognationis sunt sursumuersus duo, pater & mater: deorsumuersus duo, filius & filia: qui tamen et plures

*Similiter enim accedentibus singulis crescit numerus.

plures esse possunt. SECVNDO *gradu duodecim personæ continentur hæ Auus, hoc est, patris & matris pater: item auia similiter tam paterna quàm materna.* Frater *quoque per alterum parentem accipitur; id est, aut per matrem tantum, aut per patrem, aut per utrunque: id est, ex utroque eodem parēte.* Sed *hic numerum nō auget, quòd nihil differat ab eo, qui eundem parentem habet tantùm, nisi quòd is eosdem cognatos habet tam paternos quàm maternos.* Et *ideo euenire solet in ijs qui diuersis parentibus nati sunt, ut qui meo fratri frater sit, meus cognatus nō sit, pone me fratrem habere ex eodem tantum patre: fratrē, alium habere ex eadē matre illi inter se fratres, sunt, mihi alter cognatus nō est.* Hic *soror similiter numeratur ut frater.* Nepos *quoque dupliciter intelligitur, ex filio uel filia natus.* Idem *est, & in nepte.* TERTIO *gradu personæ continentur trigintaduæ.* Proauus *qui quadrifariam intelligitur.* Est *enim aui paterni, uel materni pater: item auiæ paternæ uel maternæ pater.* Proauia *quoque quatuor personas complectitur: est enim aut aui paterni, aut auiæ paternæ mater: itē aui materni, & similiter auiæ maternæ mater.* Patruus: *is autem est patris frater: & ipse dupliciter intelligendus est, ex patre uel matre. puta auia paterna mea nupsit patri tuo, peperit te: auia paterna tua nupsit patri meo, peperit me: ego tibi patruus sum, & tu mihi.* Idem *euenit, si duæ mulieres altera alterius filio nupserint. nam qui ex his masculi nati sunt, inuicem patrui sunt: quæ fœminæ inuicem amitæ.* Idem *in fœminis: masculi enim similiter illis patrui fœminæ amitæ sunt.* Et *si uir & mulier: ille filiam eius duxerit, illa filio eius*

nupserit: qui ex patre adolescentis nati erũt, ex matre puellæ natos, fratris filios: qui ex matre puellæ nati erunt, ex patre adolescẽtis natos, sororis filios: illæ eos patruos, illi eas amittas appellabũt. Auunculus: is matris est frater, & eadẽ significatione, qua in patruo diximus, contingit. si duo uiri alter alterius duxerit filiam, qui ex his masculi nati fuerint, inuicem auunculi: quæ fœminæ, inuicẽ matertere erunt: & eadem ratione masculi puellis auunculi, & illæ illis erunt matertere. Amita est soror patris, sicut suprà accipienda. Matertera est matris soror similiter ut suprà. Illud notandum est, non quẽadmodũ patris matrisque fratres sorores, patrui amitæ, auunculi matertere dicuntur: ita fratris sororisque filios filias nomẽ speciale cognationis habere: sed ita demõstrari fratris sororisq; filios filias: quod quidem & in alijs accidere, ex posterioribus apparebit. pronepos quoq; & proneptis quadrifariam intelligũtur: aut enim ex nepote ex filio, aut ex nepote ex filia descẽdunt: aut ex nepte ex filio, aut ex nepte ex filia propagãtur.

QVARTO *gradu personæ cõtinentur octoginta. Abauus, cuius intellectus in octo personas porrigitur. est enim proaui paterni, aut materni pater: quos singulos duplici modo intelligendos diximus: aut proauiæ paternæ, aut maternæ pater: quæ & ipsæ singulæ dupliciter accipiuntur. Abauia, & hæc eadem octies numeratur: est enim proaui paterni aut materni: item proauiæ paternæ aut maternæ mater. Patruus magnus est frater aui, sed auus, item fratres, quum duobus modis intelligantur, quatuor personas hoc nomen amplectitur, ut sit aui paterni, uel materni, frater, qui ex eodem patre, id est, proauo, uel*

uel tantum matre eadem, id est proauia natus est. Qui uerò mihi est patruus magnus, is patri meo uel matri meæ patruus est. Amita magna, est aui soror. Auus autem, item soror, ut suprà diximus, dupliciter intelliguntur: & ideò his quoque quatuor personas intelligimus. Similiter quæ patri meo uel matri meæ amita est, mihi erit amita magna. Auunculus magnus est auiæ frater. Quatuor personæ huic nomini eadem ratione sunt subiectæ: mihique is est auunculus magnus, qui patri meo uel matri meæ auunculus est. Matertera magna est auiæ soror. Quatuor modis & hæc ob eandem causam intelligitur. Et quæ matri meæ, uel patri meo matertera est, mihi matertera magna uocatur. Eodem gradu sunt & illi qui uocãtur fratres patrueles: itẽ sorores patrueles, amitini amitinæ, cõsobrini cõsobrinæ. hi autẽ sunt qui ex fratribus aut sororibus nascuntur: quos quidam ita distinxerunt, ut eos quidẽ qui ex fratribus nati sunt, fratres patrueles: itẽ eas, quæ ex fratribus natæ sunt, sorores patrueles: ex fratre autẽ & sorore, amitinos amitinas: eos uerò & eas, qui quæve ex sororibus nati natæve sunt, consobrinos, consobrinas quasi consororinos appellarent, sed plerique hos omnes consobrinos uocant, sicuti Trebatius. Sub hac appellatione nominũ personæ cadũt sexdecim: hæ, patrui filius, item filia: quæ bifariam (sicut suprà) numerantur. nam patris mei frater esse potest, uel ex eodem patre, uel etiã ex matre sola: amitæ filius, item filia. auunculi filius, item filia. materteræ filius, item filia. amita, auunculo matertera acceptis duplici intellectu, secundũ eandem rationem qua patrui nomen. Fratris sororisque nepos, ac neptis eodem gradu sunt. Sed

& frater, item soror, neposque et neptis dupliciter accepti continebunt personas sexdecim sic: fratris eodem patre nati nepos ex filio, nepos ex filia, neptis ex filio, neptis ex filia: fratris ex alio patre eademque matre nati, nepos ex filio, nepos ex filia: neptis ex filio, neptis ex filia. Eademque *causa octo personæ efficiunt, ut aliæ octo accedant, ex sorore natorum nepotes neptesque quæ similiter numerantur à nobis.* Fratris *autẽ mei nepos neptisque me patruum magnum appellant.* Fratrum *sororumq; meorum nepotes, neptesq; item, mei inter se cõsobrini sunt.* Abnepos *abneptis, hi sunt pronepotis proneptisve filius filia: nepotis neptisve nepos neptis: filij filiæve pronepos proneptis, personas sexdecim continebũt: nepote uel ex filio nato uel ex filia, nepte uel ex filio nata, uel ex filia acceptis: ut ad singulas personas gradu descendamus: sic, filius, nepos, pronepos, abnepos filius, nepos, pronepos, abneptis. filius nepos, proneptis, abnepos. filius, nepos, proneptis, abneptis. filius, neptis, pronepos, abnepos. filius neptis, pronepos, abneptis. filius, neptis, proneptis, abnepos. filius, neptis, proneptis, abneptis.* Similiter *hæ personæ numerabuntur præposita filia: & sic fiet sexdecim.* QVINTO *gradu personæ continentur.* * CXCII. Atauus *scilicet & atauia.* Atauus *est abaui uel abauiæ pater, proaui uel proauiæ auus, aui auiæq; proauus, matris uel patris abauus.* Huius *appellatio personas complectitur sexdecim enumeratione facta tam per mares, quàm per fœminas. ut sic ad singulas personas perueniamus,* Pater, *auus, proauus, abauus, atauus.* Pater, *auus, proauus, abauia, atauus.* Pater, *auus, proauus, abauus, atauus.* Pater, *auia, proauus,*

*134

proauus,abauus,atauus. Pater, *auia.proauus, abauia, atauus.* Pater,*auia, proauia, abauus, atauus.* Pater,*auus, proauia, abauia, atauus.* Pater,*auia,proauia,abauia, atauus. Similiter matris persona præposita numeratio fiet. Atauia totidem personas continet, eadem ratione numeratas,id est, sexdecim.* Patruus *maior est proaui frater, patris uel matris patruus magnus. Sub hoc nomine erunt personæ octo, & sic enumerabuntur.* Pater *auus, proauus, abauus, frater proaui.* Pater, *auus, proauus,abauia, frater proaui.* Pater, *auia,proauus,abauus, frater proaui.* Pater *auia, proauus, abauia, frater proaui. totidem erunt matris persona, & proauo eius præpositis.* Ideò *autem fratrem proaui enumerantes, ante abauum ponimus, quòd (ut suprà significauimus) non aliter perueniatur ad eum de quo quæritur, nisi per eos transitum fuerit, ex quibus nascitur.* Auunculus *maioris est proauiæ frater patris uel matris auunculus magnus.* Eadem *dinumeratione hic quoque octo personas computabimus, hoc tantùm immutato *ut is pro fratre proaui ponatur.* Amita *maior: ea est proaui soror patris uel matris amita magna: quod ad numerum expositionemque personarum pertinet, eadem erunt, immutato hoc, ut proaui soror ad extremum ponatur.* Matertera *maior: hæc est soror proauiæ, patris uel matris matertera magna, numerus personarum idem est, ut in nouissimo ponatur proauiæ soror.* Hos *omnes*patruos maiores quos retulimus, quidam appellant ita. propatruus.proauunculus,proamita,promatertera: quos tamen ego ita nomino, illi contrà fratris uel sororis pronepotem me demonstrant.* Pa-

* vt his frater, proauię præponatur.

* patruo maiore.

trui magni filius filia: hi sunt fratris aui filius filia, proaui proauiæ nepos neptis ex filio, patris uel matris consobrinus cõsobrina. Octo personas & hic computabimus, quòd auus & frater, ut iã dictum est, dupliciter accipiuntur: & ideo pa trui magni filius quatuor implet, totidem filia. Amitæ magnæ filius filia: hi sunt aui sororis filius filia: proaui, proauiæ, nepos neptis ex filia, patris uel matris, consobrinus cõsobrina. Nume rus personarũ idẽ est, qui suprà. Auunculi magni filius filia: hi sunt fratris auiæ filius filia: proaui proauiæ nepos neptis ex filio, patris uel matris consobrinus consobrina: numerus idem. Ma terteræ magnæ filius filia: hi sunt auiæ sororis filius filia, proaui proauiæ, nepos neptis ex filia: patris uel matris cõsobrinus consobrina. Compu tatio eadẽ personarũ quas enumerauimus. Patrui magni filius eius, de cuius cognatione quæritur propior sobrinus uocatur. Nã, ut & Masurius ait, quem quis appellat propiorem sobrinũ, qui est patris uel matris suæ consobrinus, aut consobrina, ab eo consobrini consobrinæve filius filia nominatur. Patrui nepos neptis: hi sunt aui paterni, uel auiæ paternæ, pronepos, proneptis, ex nepote uel ex nepte filio natis, cõsobrini consobrinæ filius filia. octo personas cõtinebunt: quatuor nepos. quatuor neptis: quia & patruus dupliciter accipitur, et nepos uel neptis sub singulis patruorum personis duplicatur. Amitæ nepos uel neptis, hi sunt aui paterni uel auiæ paternæ, pronepos proneptis ex nepote uel ex nepte filia natis: consobrini consobrinæ filius filia, numerus idem est. Aunculi nepos neptis: matertera nepos neptis: hi sunt aui materni uel auiæ maternæ pronepos, proneptis ex nepote uel nepte filio natis, ca-

tis, ca-

tis, cætera eadē, quæ in patrui, & amitæ nepote uel nepte diximus. Matertera nepos neptis: hi sunt aui materni, uel auiæ maternæ pronepos proneptis, ex nepote uel ex nepte filia natis personarū numerus idē qui suprà. Iis omnibus quos de patrui nepote proposuimus, is de cuius cognatione quæritur, propior sobrinus est: nam patris uel matris eorū consobrinus est. Fratris pronepos proneptis, hi continebūt personas sexdecim, fratre dupliciter, & pronepote, & pronepte singulis quadrifariā (ut suprà demonstrauimus) acceptis. Sororis pronepos, proneptis similiter sexdecim personas continebunt. At nepos atneptis, hi sunt abnepotis, uel abneptis filius filia: pronepotis uel proneptis, nepos: neptis nepotis uel neptis, pronepos proneptis: filij uel filiæ, abnepos abneptis. Numerabuntur *sub hac appellatione triginta duæ personæ, quia abnepos sexdecim habet, & totidē atneptis.* SEXTO *gradu continentur personæ* CCCCXLVIII. Tritauus, *is autem est patris uel matris atauus, aui uel auiæ abauus, proaui uel proauiæ proauus, abaui, uel abauiæ auus ataui uel atauiæ pater, dictus tritauus quasi tertius auus personas uerò complectitur triginta duas. Geminetur enim necesse est, qui in atauo fuit numerus, immutatione per singulas personas* ataui iā facta, ut sexdecies tritauus intelligatur* atauo, & toties atauiæ. Tritauia similiter enumerata, faciet, personas triginta duas.* Patruus maximus: *is est abaui frater ataui & atauiæ filius, patris uel matris patruus maior, personas cōtinebit sexdecim sic:* Pater, auus, proauus, abauus, atauus; abaui frater. Pater, auus, proauus, abauus atauia, frater abaui. Pater, auus, proauia, abauus, atauus frater,

*propter atauum. * aui pater.

ter abaui. Pater, auia, proauus, abauus, atauus frater, abaui. Pater auia, proauus, abauus, atauus, abaui frater. Pater, auia, proauia, abauus, atauus frater abaui. Pater, auus, proauia, abauus, atauia, abaui frater. Pater, auia proauia, abauus, atauia, abaui frater. Totidem erũt matris appellatione præposita. Auunculus maximus, est abauiæ frater, patris, uel matris auunculus maior, & numerus idẽ, & personarũ expositio eadem quæ suprà: hoc dũtaxat immutato, ut pro abaui fratre abauiæ fratrẽ ponas. Amita maxima, est abaui soror, patris, uel matris amita maior: cætera ut in patruo maximo, immutato tantum hoc, ut ubi est abaui frater, ponatur abaui soror. Matertera maxima, est abauiæ soror patris uel matris matertera maior, cætera ut suprà, ad extremã dũtaxat ꝓ abauiæ fratre* posita abauiæ sorore. Hos omnes quos à patruo maximo ꝓposuimus quidã his nominibus designãt: abpatruus abauũculus, abamita, abmatertera. Itaq; & nos in differẽter hoc ponemus. Quos aũt ego appello abpatruos, abauũculos, abamitas, abmaterteras, illi demõstrãt me fratris sororisq; abnepotẽ. Patrui maioris filius filia. hi sunt proaui fratris filius filia abaui abauiæ per proauũ nepos neptis ex filio. Personæ sub hoc erũt sexdecim enumeratione sic ducta, ut in quinto gradu cũ patruũ maiorẽ demõstraremus, fecimus, adiecto dũtaxat filio filia: quia filius patrui maioris totidẽ necesse est ꝑsonas cõplectatur, quot patruus maior, id est, octo. Totidẽq; ex filiæ ꝑsona cõputatis, is numerus efficietur, quẽ supra posuimus. Amitæ maioris filius filia. hi sunt proaui sororis filius filia, abaui abauiæ, ꝑ proauũ nepos neptis ex filia. Et hic eadẽ ratione personas enumerabimus

*præposita

rabimus totidē. Auũculi maioris filius filia, hi sunt proauiæ fratris filius filia: abaui abauiæ p proauiã nepos neptis ex filio. Eadem hic dinumeratio facienda est, quæ in patrui maioris filio filia. Matertera maioris filius filia, hi sunt proauiæ sororis filius filia: abauia abauiæ per proauiam nepos neptis ex filio. Circa numerũ personarũ expositio est, ut suprà. Hi omnes quos proposuimus à patrui maioris filio, auo auiæ eius, de cuius cognatione quæritur, fratribusq́; & sororibus eorum consobrini consobrinæve sunt: at patri matriq́; eiusdem fratribusq́; & sororibus vtriusque propior sobrinus. Patrui magni nepos uel neptis, amitæ magnæ nepos uel neptis, auunculi magni nepos uel neptis materteræ magnæ nepos uel neptis: hæc singula nomina cõtinẽt personas sedecim. Nã cũ patrui magni (uerbi gratia) persona quadrifariã intelligatur nepotis bifariam geminatur is numerus, nepote duntaxat adnumerato, & quadruplicatur is, qui geminus erat duplicatur etiã nepte cõputata, & tantum unius dinumerationem, proponemus exẽpli gratia. Pater, auus, proauus, frater aui, qui est patruus magnus, filius eius, nepos eiusdem ex filio, itẽ neptis. Pater auus, proauia, frater aui qui est patruus magnus filius eius, nepos eiusdem ex filio item neptis. Pater, auus, proauus, frater aui, qui est patruus magnus, filia eius, nepos eiusdem ex filia, item neptis. Pater, auus proauia, frater aui, qui est patruus magnus, filia eius, nepos eiusdem ex filia, itẽ neptis. Totidem et eadem ratione exponuntur matris nomine antepostito: id est, ut aui materni fratris nepotes, & neptes cõputemus. Item in amita magna; id est aui sorore nepotes, neptesq́; enumerabimus. Idemq́; in

auũculo,magno,id eſt,auiæ fratre. Eadem ratio eſt in matertera magna,id eſt,auiæ ſorore. Ex quibus uniuerſus numerus cõpletur ſexagintaquatuor. Hi omnes proauo aut pauiæ eius,de cuius cognatione quæritur, pnepotes, & proneptes eiuſdem aui auiæve fratris ſororisve nepotes neptesve. et cõtrà horũ auus auia,eidẽ patruus magnus,amita magna:auũculus magnus, matertera magna:horũ aũt pater,materve, fratresq; et ſorores utrius eorum eidẽ propiores ſobrini. ipſe bis ſobrinus eſt, & inuicẽ huic illi ſobrini. Patrui pronepos,pneptis cõtinẽt pſonas octonas,& utriuſq; ſexus fiũt ſedecim ſic:Pater,auus , patruus,filius patrui,nepos eiuſdem ex filio, pronepos eiuſdẽ ex nepote filio nato,itẽ pneptis. Pater auia,patruus,filius patrui, nepos eiuſdẽ ex filio pronepos ex nepote filia nato itẽ proneptis. Pater,,auia,patruus,filia,patrui, nepos, eiusdẽ, ex filia,pronepos ex nepote filia nato,itẽ proneptis. Pater,auia,patruus,filia patrui,nepos eius ex filia,pronepos ex nepote filio nato , itẽ proneptis. Pater,auus,patruus, filius patrui, neptis eiuſdẽ ex filio,pronepos ex nepte filio nata itẽ pneptis. Pater,auia,patruus,filius patrui, neptis eiuſdẽ ex filio pnepos ex nepte filio nata,itẽ proneptis. Pater,auus,patruus,filia,patrui, neptis eiuſdẽ ex filia,pronepos ex nepte filia nata, itẽ proneptis. Pater,auia,patruus,filia patrui,neptis eiuſdẽ ex filia,pronepos ex nepte filia nata,itẽ proneptis. Amitæ pronepos proneptis totidẽ pſonas eadem rõne,& hi cõtinent: tantùm pro patruo amita ſumpta. Auũculi pnepos proneptis, p patruo itẽ auunculo poſito. Matertera pronepos proneptis:et hic vbi patruus poſitus ẽ,matertera numerata,eundũ numerũ pſonarũ inueniemus. Hi

omnes

oẽs eius de cuius cognatione queritur, consobrinorũ nepotes neptesve sunt. Fratris sororisq; abnepos abneptis. hi efficiunt personas LXIIII. ut ex suprascriptis apparere potest. Trinepos trineptis, hi sunt filij filiæve atnepos atneptis, nepotis neptisve abnepos abneptis, pronepotis proneptisve pronepos proneptis, abnepotis abneptisve nepos neptis, atnepotis atneptisve filius filia. Hæ appellationes demõstrant personas LXIIII. Nam XXXII. trinepos cõplet, totidem trineptis Abnepote enim numerus quadruplatus in se efficit XXXII. ipso nepote duas significante, pronepote quatuor abnepote octo, abnepote sexdecim. His accedit trinepos trineptis, uni ex atnepote: alteri, ex atnepte nati. Per singulos autem gradus ideo geminatio fit, quia maribus adjciũtur fœminæ, ex quibus ꝓximus quisq; ꝓgenitus est: & enumerabuntur sic: Filius, nepos, pronepos, abnepos, atnepos, trinepos itẽ trineptis. Filia, nepos, pronepos, abnepos, atnepos trinepos, item trineptis. Filius, neptis, pronepos, abnepos, atnepos, trinepos, itẽ trineptis. Filia, neptis, pronepos, abnepos, atnepos, trinepos, item trineptis. Filius, nepos, proneptis, abnepos, atnepos, trinepos, itẽ trineptis. Filia, nepos, proneptis, abnepos, atnepos, trinepos, itẽ trineptis. Filius, neptis, proneptis, abnepos, atnepos, trinepos, itẽ trineptis. Filia, neptis, proneptis, abnepos, atnepos, trinepos. itẽ trineptis. Filius, nepos, pronepos, abnepos, atneptis, trinepos, itẽ trineptis. Filia, nepos, pronepos, abnepos, atneptis, trinepos, itẽ trineptis. Filius, neptis, pronepos, abnepos, atneptis, trinepos itẽ trineptis. Filia, neptis, pronepos, abnepos, atneptis, trinepos, item trineptis. Filius, nepos, proneptis, abnepos, atneptis, trinepos, itẽ trineptis.

Filia,

Filia,nepos,proneptis,abnepos,atneptis, trinepos,item trineptis. Filius,neptis proneptis, abnepos,atneptis,trinepos,itẽ trineptis. Filia, neptis,proneptis,abnepos.atnepos,trinepos, item trineptis. Filius nepos,pronepos,abneptis, atnepos,trinepos,itẽ trineptis. Filia,nepos,pronepos, abneptis,atnepos,trinepos,itẽ trineptis. Filius. neptis,pronepos, abneptis, atnepos, trinepos, item trineptis. Filia,neptis,pronepos, abneptis, atnepos,trinepos,itẽ trineptis. Filius,nepos pro-neptis,abneptis,atnepos,trinepos,item trineptis. Filia,nepos,proneptis,abneptis,atnepos, trinepos,itẽ trineptis. Filius,neptis, proneptis,abneptis,atnepos,trinepos.itẽ trineptis. Filia,neptis, proneptis,abneptis,atnepos,trinepos, itẽ trineptis. Filius,nepos,pronepos,abneptis, atneptis, trinepos.itẽ trineptis. Filia.nepos,pronepos.abneptis,atneptis,trinepos,itẽ trineptis. Filius, neptis,pronepos,abneptis,atneptis,trinepos, item trineptis. Filia,neptis,pronepos,abneptis,atneptis,trinepos,itẽ trineptis. Filius,nepos, proneptis,abneptis,atneptis,trinepos,itẽ trineptis. Filia,nepos,proneptis,abneptis,atneptis,trinepos, item trineptis. Filius,neptis,proneptis,abneptis, atneptis,trinepos,itẽ trineptis. Filia,neptis,proneptis,abneptis,atneptis,trinepos,itẽ trineptis. Filius,neptis,proneptis,abneptis,atneptis,trinepos,item trineptis. Filia neptis,proneptis,abneptis,atneptis,trinepos,item trineptis. SEPTIMO *gradu personæ continentur* M. XXIIII. *hæ,* Tritaui,*item tritauiæ,pater,& mater, qui personas efficiunt* CXXVIII. *Tritaui enim patres tot sunt,quod ipsi tritaui. itẽ eiusdẽ matres totidẽ fiuntq;* LXIIII. *Idem est numerus tritauiæ patris matrisq;.* Ataui *atauiæ frater, soror,*

ſoror, hi ſunt tritaui tritauiæ filius filia, abaui abauiæ, patruus auunculus. amita matertera, proaui proauiæ patruus magnus, auunculus magnus amita magna, matertera magna: aui auiæve propatruus, proauunculus, proamita, promatertera patris, matris abpatruus abauũculus, abamita abmatertera. Fiũt perſonæ *atauifratris* XXXII. Nam XVI. *quas atauus explet, accedunt totidẽ propter fratris duplicem perſonã.* Nam XVI. *fratres ataui ex patre computantur, & XVI. ex matre ſimiliter ataui ſorores* XXXII. *ſuntq;* LXIIII. *perſonæ, & totidẽ atauiæ fratris, itẽ ſororis.* Patrui maximi *filius filia: hi ſunt ataui nepos neptis ex filio, abaui fratris filius filia. Amitæ maximæ filius filia. hi ſunt ataui nepos neptis ex filia, abaui ſororis filius filia. Auunculi maximi filius filia: hi ſunt atauiæ nepos neptis ex filio, abauiæ fratris filius filia. Materteræ maximæ filius filia: hi ſunt atauiæ nepos neptis ex filia, abauiæ ſororis filius filia.* Hæ *omnes pſonæ quas à patrui maximi filio enumerauimus, proauo proauiæq; eius, de cuius cognatione quæritur, conſobrini* conſobrinæ ſunt: auo auiæq; eiuſdẽ propior ſobrinus ſobrina. Singulæ appellationes cõtinẽt perſonas** XVI. *quia cum patruus maximus* XVI. *efficiat, filius eius eandẽ habet enumerationem, totidem filia: & ſic ex omnibus ijs, quas à patrui maximi filio cõprehendimus, ductis per octo ſedecies fiũt* CXXVIII. Patrui maioris *nepos perſonas continet* XVI. *Eſt enim abaui abauiæve pronepos, & cùm abauus octies numeretur, nepotes bis octies computati ſupradictum numerũ efficiunt, totidemq; patrui maiori neptis.* Auunculi *item maioris nepos neptis eadem ratione*

* propius ſobrinis.
*ſenas denas.

ratione personas complebunt XXXII. *Amitæ maioris nepos neptis eadem ratione: item matertera maioris nepos neptis.* Et *sic ex omnibus colliguntur* CXXVIII. His *personis auus auia eius, de cuius cognatione quæritur, propiores sobrini sunt: pater mater, sobrinus sobrina, is de cuius cognatione quæritur, sobrinę natus est. hic proximo nomine definitur parenti suo sobrinus ut* Trebatius *ait rationem quoque nominis hãc reddidit, quòd ultimi gradus cognationũ sobrinorum sunt.* Itaque *sobrini filius rectè proximum nomen ab eo ipso,*cuius sobrini filius est, & dicetur, & ideo eos, qui ex sobrinis nati sũt, inter se proximum nomen appellarent. hos enim nullum proprium habere nomen quo inter se uocentur.* Patrui *magni, pronepos proneptis: auunculi magni, pronepos proneptis. amitæ magnæ, pronepos proneptis materteræ magnæ, pronepos proneptis: ex his omnibus* CXVIII. *personæ efficiuntur: quia singulæ appellationes* XVI. *complent.* Nam *cùm (exempli gratia) patruus magnus quadrifariam intelligatur, ad singulorum patruorum magnorum personas quadruplicatus pronepos, item proneptis, triginta duas personas reddent: totq; quater numeratæ illam quæ præposita est summam efficiunt. eorum patres matresq; ei, de cuius cognatione quæritur, sobrini sobrineq; sunt ipse uerò eis de sobrino sobrinave natus.* Patrui *abnepos abneptis: auunculi abnepos abneptis: amitæ, abnepos abneptis: materteræ, abnepos abneptis: hæc singula uocabula senas denas cõtinent personas. patrui enim (uerbi gratia) abnepos sic, enumerabitur, ut bifariam patruo accepto, quater pronepos, toties proneptis ducatur: & sic ad eorum filios ueniã-*

*Huius sobrini filius dicetur.

tur

tur sexdecies computandos: eadem ratione ad filias, itẽ ad cæteros, et per hoc ex omnibus efficietur numerus personarum CXXVIII. *Hi sunt ei de cuius cognatione quæritur, consobrinorum pronepotes, proneptesq́;.* His ille, *de cuius cognatione quæritur, patrui maximi, auunculi maximi, amitæ maximæ, materteræ maximæ, filius filia: item proaui proauiæ consobrinus.* Fratris *sororisq́; abnepos abneptis: & hi personas continent* CXXVIII. *Trinepotis filius item filia trineptis filius item filia hi* CXXVIII. *sunt, quod cùm trinepos trineptisq́;(ut suprà demonstrauimus)* LXIIII. *impleant: filij eorum eadem numeratione totidemq́; filiæ computabuntur.*

FINIS.

RVBRICAE TOTIVS IVRIS CAESAREI ET PONTIFICII.

Et primò Institutionum Diui Iustiniani Imperatoris serenissimi.

LIBRI PRIMI.

LIBRI II. INSTITVT.
RVBRICAE.

De singu-

LIBRI III. INSTITVT. RVBRICAE.

LIBRI IIII. INSTITVT. RVBRICAE.

FINIS.

Codicis D. Iustiniani Imperatoris gloriosissimi Rubricæ

LIBRI CODICIS.

De

De

LIBRI II.

letur.

28 *Si aduersus uenditionem.*

29 *Si aduersus uenditionem pignoris.*

30 *Si aduersus donationem.*

31 *Si aduersus libertatem.*

32 *Si aduersus transactionem uel diuisionem minor restitui uelit.*

33 *Si aduersus solutionem à debito, uel à se factam.*

34 *Si aduersus dotem restitutio postuletur.*

35 *Si aduersus delictum suum restitutio postuletur.*

36 *Si aduersus usucapionem restit. postuletur.*

37 *Si aduersus fiscum restitutio postuletur.*

38 *Si aduersus creditorē restitutio postuletur.*

39 *Si minor ab hæreditate se abstinuerit.*

40 *Si ut omissam hæreditatem, uel bonorum possessionem, uel aliud adquirat.*

41 *In quibus causis restitutio in integrum non est necessaria.*

42 *Qui aduersus quos in integrum restitui non possint.*

43 *Si minor se maiorem dixerit, uel probatum fuerit.*

44 *Si sæpius in integrum restitutio postuletur.*

45 *De ijs qui ueniam ætatis impetrauerunt.*

46 *Si maior factus ratum habuerit.*

47 *Vbi & apud quem cognitio in integrum restitutionis agitanda sit.*

48 *De reputationibus quæ fiunt in iudicio, in integrum restitutionis.*

49 *Etiam per procuratorem causam in integrum restitutionis agi posse.*

50 *In integrum restitutione postulata ne quid noui fiat.*

Quando

LIBRI IIII.

LIBRI. V.

Si rector

De

LIBRI VI.

De

decommissorum.
48 Ad senatusconsultum Trebellianum, & de incertis personis.
49 Ad legem Falcidiam.
50 De caducis tollendis.
51 De ijs, qui ante apertas tabulas hereditatem transmittunt.
52 Quando dies legati uel fideicōmissi cedat,
53 Vt in possessionem legatorum uel fideicommissorum seruandorum, causa mittatur, & quando satisdari debeat.
54 De suis & legitimis libertis, & ex filia nepotibus ab intestato uenientibus.
55 Ad senatusconsultum Tertyllianum.
56 Ad senatusconsultum Orificianum.
57 De legitimis hæredibus.
58 Communia de successionibus.
59 De bonis maternis, & materni generis.
60 De bonis, quæ liberis in potestate patris constitutis, ex matrimonio, uel aliter adquiruntur: & eorum administratione.
61 De hereditatibus decuriorum, &c.

LIBRI VII.

1 De uindicta libertate, & apud consilium manumissione.
2 De testamentaria manumissione.
3 De lege Fusia Caninia tollenda.
4 De fideicommissarijs libertatibus.
5 De dedititia libertate tollenda.
6 De latina libertate tollenda, & per certos modos in ciuitatem Romanam trāsfusa.
7 De communi seruo manumisso.
8 De seruo pignori dato manumisso.

De

Quibus

tur-

De

Trium posteriorum librorum Codicis Rubricae.

LIBRI X.

De

31 *De decurionibus & filijs eorum: & qui decuriones habeantur: & quibus modis à fortuna curiæ liberentur.*

32 *Si seruus aut libertus ad decurionatũ aspirauerit.*

33 *De prædijs decurionum sine decreto non alienandis.*

34 *Quãdo & quib. quarta pars ex bonis decurio. debetur: et de modo distributionis eorũ*

35 *De imponenda lucratiua descriptione.*

36 *De præbendo & salario.*

73 *Si curialis relicta ciuitate rus habitare maluerit.*

38 *De municipibus & originarijs.*

39 *De incolis: & ubi quis domicilium habere uidetur, & de ijs qui studiorum causa in alia ciuitale degunt.*

40 *De muneribus & honoribus non continuandis inter patrẽ & filiũ, & de interuallis.*

41 *De muneribus patrimoniorum.*

42 *Quemadmodũ ciuilia munera indicuntur.*

43 *De ijs qui sponte munera publicá subeunt.*

44 *De ijs qui à principe uacationẽ acceperũt.*

45 *De uacatione muneris publici.*

46 *De decretis decurionum super immunitate quibusdam concedenda.*

47 *De excusationibus munerum.*

48 *De quibus muneribus uel præstationibus nemini liceat se excusare.*

49 *Qui ætate uel possessione se excusant.*

50 *Qui morbo se excusant.*

51 *De ijs qui numero liberorum uel paupertate excusationem meruerunt.*

52 *De professoribus & medicis.*

53 *De athletis.*

De

LIBRI XI.

Rubricæ Feudorum.

LIBRI I.

Que

Constitutiones Friderici secundi Imperatoris: quas nonnulli Collationem xj. appellant: & alij Extrauagantes.

ratorem Fridericum, & filium eius Henricum, & quosdam nobiles Alemaniæ ex una parte, & ciuitates Lombardiæ, Marchiæ, & Romandiolæ ex altera.

Rubricæ Digesti Veteris.

LIBRI I.

LIBRI II.

LIBRI III.

LIBRI IIII.

De

LIBRI V.

LIBRI VI.

LIBRI VII.

De

7 De operis seruorum.
8 De usu & habitatione.
9 Vsusfructuarius quemadmodum caueat.

LIBRI VIII.

1 DE seruitutibus.
2 De seruitutibus urbanorũ prædiorũ.
3 De seruitutibus rusticorũ prædiorũ.
4 Communia prædiorum tam,urbanorum. quam rusticorum.
5 Si seruit, uendic.uel ad aliũ ptinere nege
6 Quemadmodum seruitus amittatur.(tur.

LIBRI IX.

1 SI quadrupes pauperiem fecisse dicatur.
2 Ad legem Aquiliam.
3 De ijs qui deiecerunt ,uel effuderunt.
4 De noxalibus actionibus.

LIBRI X.

1 FInium regundorum.
2 Familiæ ercifcundæ.
3 Communi diuidundo.
4 Ade xhibendum.

LIBRI XI.

1 DE interrogatorijs actionibus.
2 De quibus rebus ad eũdẽ iudicẽ eat.
3 De seruo corrupto.
4 De seruis fugitiuis.
5 De aleæ lusu & aleatoribus.
6 Si mensor falsum modum dixerit.
7 De religiosis,& sumptibus funerum.
8 De mortuo inferẽdo,et sepulchro ædificãdo.

LIBRI XII.

1 DE rebus creditis,& si certũ petatur.
2 De iureiurando siue uoluntario,siue necessario siue iudiciali.
De in litem iurando.

De

3 *De probationibus,& præsumptionibus.*
4 *De fide instrumentorum.*
5 *De testibus.*
6 *De iuris & facti ignorantia.*

LIBRI XXIII.

1 DE *sponsalibus.*
2 *De ritu nuptiarum.*
3 *De iure dotium.*
4 *De pactis dotalibus.*
5 *De fundo dotali.*

LIBRI XXIIII.

1 DE *donationibus inter uirũ,& uxorẽ.*
2 *De diuortijs,& repudijs.*

Rubricæ Digesti infortiati: Et primò primi Libri, qui est XXV. Digestorum.

1 SOluto matrimonio quemadmodum dos petatur.
2 *De impensis in rebus dotalibus factis.*
3 *De actione rerum amotarum.*
4 *De liberis agnoscendis uel alendis à parentibus uel patronis.*
5 *De uetre inspiciendo, custodiendoq; partu.*
6 *Si uentris nomine muliere in possessionem missa, eadem possessio dolo malo ad alium translata esse dicatur.*
7 *Si mulier uentris nomine in possessione calumniæ causa esse dicatur.*
8 *De concubinis.*

LIBRI II.

2 DE *tutelis,*
3 *De testamentaria tutela.*
4 *De confirmando tutore uel curatore*
De legitimis tutoribus & curatoribus.

De

LIBRI III.

LIBRI IIII.

De

2 De auro & argento, mundo, ornamentis, unguentis, uestibus, uel uestimentis, & statuis legatis.
3 De liberatione legata.
4 De adimendis, & transferendis legatis.
5 De rebus dubijs.
6 De ijs quæ pœnæ nomine relinquuntur.
7 De regula Catoniana.
8 De ijs quæ pro non scripto habentur.
9 De ijs quibus ut indignis legata auferũtur.

LIBRI XI.

1 De conditionibus, & demonstrationibus & causis, & modis eorum quæ in testamentis scribuntur.
2 Ad legem Falcidiam.
3 Si cui plus, quàm per legem Falcidiam licuerit, legetur.

LIBRI XII.

1 Ad senatusconsultum Trebellianum.
2 Quando dies legatorum uel fideicommissorum cedat.
3 Vt legatorum seu fideicõmissorum seruandorum causa caueatur.
4 Vt in possessione legatorum uel fideicõmissorum seruandorum causa esse liceat.

LIBRI XIII.

1 De bonorum possessionibus.
2 Si tabulæ testamenti extabunt.
3 De bonorum possessione furioso, infanti, muto, surdo, cæco competenti.
4 De bonorum possessione contra tabulas.
5 De legatis præstandis contra tabulas bonorum possessione petita.
6 De collatione bonorum.
7 De collatione dotis.

LIBRI XIIII.

Rubricae Digesti noui: & primò primi libri, qui est XXXIX. Digestorum.

De

LIBRI II.

LIBRI III.

Pro

Vti

De

LIBRI XI.

Eum

LIBRI XII.

Rubricæ Authenticorum.

COLLATIONIS I.

COLLATIONIS II.

COLLATIONIS III.

COLLATIONIS IIII.

De

3 De consulibus.

4 Vt nullus mutuās agricolæ, terram eius te-(neat.

5 Nullum credentē agricolæ tenere illius terram: & quantam debet usuram dare.

6 De restitutionibus, & ea quæ parit in undecimo mense post mortem uiri.

7 De tabellionibus, & ut protocolla dimittantur in chartis.

COLLATIONIS V.

1 DE ecclesiasticorum rerum immobilium alienatione & solutione.

2 De iureiurādo à moriēte præstito propter mensuram suæ substantiæ.

3 Vt præponatur nomen Imperatoris documentis: & in latinis literis apertius tempora inscribantur.

4 Scenicas non solùm si fideiussores præstent, sed etiam si iusiurandum dent, sine periculo discedere.

5 Vt non fiant pignorationes pro alijs personis. & ut sicut principum donationes non egent gestis monumentorum, sic nec à priuatis imperatoribus factæ donationes indigeant.

6 De exhibēdis & introducēdis reis, & ut ij qui conueniuntur, post uigesimum diem præsententur iudicibus &c.

7 Constitutio quæ ex adscriptitio & libera natos, liberos esse uult.

8 Vt de cætero commutationes Ecclesiasticarum rerum non fortuitæ fiant ad pijssimum imperatorem &c.

9 Vt ea quæ uocātur insinuatiua super clericis, in maiore Ecclesia quidem dentur, in alijs autem Ecclesijs penitus non dentur.

COLLATIONIS VI.

ben

bet res minorū, aut obligati sunt eis, ad eorū gubernationē penitus nō accedāt, et ut curatores nullo modo suscipiant cessiones aduersus eos quorum curationem agunt, aut egerunt. hæc autem generaliter ualebunt &c.

3 De instrumentorum cautela & fide: Et primò de deposito, & de mutuo & alijs documentis priuatè quidem scriptis &c.

4 Hæc constitutio interpretatur priorem constitutionem de ijs, qui ingrediūtur in monasterium, & de substantijs eorum, ex quo tempore oporteat eam ualere.

5 Vt non luxuriētur contra naturam: neque iurent per capillos, aut aliquid huiusmodi, neque blasphementur in Deum.

6 Vt liberti de cætero aureo nō indigeāt annulo & ut pristinis restituantur natalib. &c.

7 Apud quos oportet causas dicere monachos & asceterias.

8 De quæstore.

9 Constitutio quæ dignitatibus & episcopatu filium liberat à patria potestate.

10 De iudicibus: & ut nullatenus cum iureiurando eligatur aliquis iudex &c.

11 Vt clerici apud proprios episcopos primū conueniātur: & post hoc apud ciuiles iudices.

12 De consanguineis & uterinis fratribus.

13 De armis.

14 De deposito & denuntiationibus inquilinorum &c.

COLLATIONIS VII.

1 QVibus modis naturales efficiūtur sui: & de eorum ex testamento, seu ab intestato successione.

2 De testibus.

COLLATIONIS VIII.

domui priuatæ, aut possessioni alicuius.

10 *Vt diuinæ iussiones subscriptionem habeãt gloriosissimi quæstoris.*

11 *In medio litis non fieri sacras formas, aut sacras iussiones, sed secundum antiquas leges generales lites decidi.*

12 *Vt cùm de appellationes cognoscitur, secundum illius leges debeat iudicari, quæ tempore latæ sententiæ obtinebant, &c.*

13 *Vt liceat matri, & auiæ, & alijs parentibus post legitimam partem liberis derelictam, quomodo uoluerint residuam disponere facultatem suam, &c.*

COLLATIONIS IX.

1 *DE hæredibus ab intestato uenientibus & de agnatorum iure sublato.*

2 *Vt sponsalitia largitas specialis sit cõtractus, et de diuersis capitulis.*

3 *De alienatione, & emphyteusi, & locatione, et hypothecis, et alijs diuersis cõtractibus in uniuersis locis rerum sacrarum.*

4 *Vt indices non expectent sacras iussiones, sed quæ uidentur eis, decernant.*

5 *Vt litigantes iurent in exordio litis. quia neque promiserint dare iudicibus, neque dabunt &c.*

6 *De Ecclesiasticis titulis, & priuilegijs, &c.*

7 *Vt fratrum filij succedant pariter ad imitationem fratrum, etiam ascendentibus extantibus: & ut mulieres non insinuata antenuptiali donatione non ledantur. non insinuans autem uir uel si competat nuptiale lucrum eo non fruatur.*

8 *De restitutione fideicommissi, & nomine familiæ, quod usque ad quartum gradum*

Rubricæ Iuris Canonici.
Decretalium Libri I.

De

LIBRI IIII.

Rubricæ sexti libri Decretalium.

LIBRI I.

De

LIBRI II.

LIBRI III.

LIBRI IIII.

LIBRI V.

Rubricæ Clementinarum.

LIBRI I.

LIBRI II.

LIBRI III.

LIBRI

LIBRI IIII.

FINIS.



Angelo Toma

Ill.mo Sig. Angelo Toma
Ill.mo Sig. Angelo Toma